COLLECTION

DE

DOCUMENTS INÉDITS

SUR L'HISTOIRE DE FRANCE

PUBLIÉS

PAR ORDRE DU ROI

ET PAR LES SOINS

DU MINISTRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE

PREMIÈRE SÉRIE

HISTOIRE POLITIQUE

LETTRES

DE

ROIS, REINES ET AUTRES PERSONNAGES

DES COURS DE FRANCE ET D'ANGLETERRE

DEPUIS LOUIS VII JUSQU'A HENRI IV

TIRÉES DES ARCHIVES DE LONDRES PAR BRÉQUIGNY

ET PUBLIÉES

PAR M. CHAMPOLLION-FIGEAC

TOME II

DE L'ANNÉE 1301 A L'ANNÉE 1515



PARIS

IMPRIMERIE ROYALE

M DCCC XLVII


LIBRARY
JUN 5 1975
UNIVERSITY OF TORONTO

PRÉFACE.

La série des pièces qui composent ce recueil en deux volumes embrasse un intervalle de plusieurs siècles, du milieu du XIIe au commencement du XVIe (de l'an 1162 à l'an 1515). Ces pièces y sont rangées dans l'ordre chronologique, et la dernière, par sa date, indiquera que ce deuxième volume finit à l'époque de la mort du roi Louis XII et du retour en Angleterre de la reine Marie, sa veuve, devenue la comtesse de Suffolk.

Ce recueil renferme 519 pièces. La table qui termine chaque volume les réunit toutes dans un seul catalogue par ordre chronologique, ordre très-favorable à toutes les recherches sur l'état et les événements du moyen âge : l'histoire, dans ses obscurités, ne marche jamais plus sûrement qu'à la lueur des dates.

L'éditeur de ce recueil a exposé dans la préface du premier volume les motifs de cette publication, tirée entièrement de la grande collection de documents historiques faite à Londres sous la direction de feu M. de Bréquigny, parmi les illustres savants du dernier siècle l'un des plus habiles et des plus laborieux. Dans cette même préface, l'éditeur a fait connaître aussi le plan qu'il avait suivi, d'après l'avis motivé du Comité

des travaux historiques et l'approbation de M. le Ministre de l'instruction publique, de qui il tenait sa mission et ses instructions. Il les a remplies fidèlement, pénétré en même temps des sentiments de déférence et de respect que ne cesseront d'inspirer la mémoire et les travaux des hommes qui, dans le dernier siècle, par leurs conseils comme par leurs ouvrages, ont fondé la véritable science de la critique historique, appliquée surtout à l'étude de nos annales nationales et à l'interprétation de leurs plus précieux documents.

D'autres vues auraient peut-être agi différemment, et voulu faire mieux que Bréquigny et ses contemporains. La marche imprimée par quelques esprits modernes d'une autre trempe aux recherches historiques, donnera peut-être à ces recherches un autre code, car ce seront d'autres exemples qui pourront passer en préceptes; mais, dans ce recueil, tout est de l'ancien temps et selon Bréquigny, les dates qu'il y a apposées de sa main, les titres qu'il a rédigés, les notes qu'il a ajoutées, quelques textes déjà imprimés et nécessaires ici à l'ordre historique, tout est de Bréquigny, et l'éditeur a été son copiste ; mais il a choisi ces 519 pièces parmi quelques milliers, et il ne décline, en tout ce qui touche à sa mission, aucune responsabilité. Pour d'autres exigences, la collection subsiste, le dépouillement en a été fait pièce à pièce, et chacun est libre d'y venir lire les textes qu'un nouvel ordre de choses a privés de tout intérêt historique ainsi que de toute autorité. Il n'en est pas moins vrai que les textes de ce genre ont été justement exclus de ce recueil, comme ne touchant, par leur contenu, qu'à des noms ou à des faits dont il ne reste que de lointains ou de bien faibles souvenirs; et ceux à qui ces souvenirs peuvent plaire les retrouveront soigneusement conservés dans la collection générale des pièces restées manuscrites.

Les lecteurs sont priés de ne pas oublier qu'on s'est proposé de réunir dans ce recueil plutôt les documents qui concernent l'histoire intérieure des cours et la correspondance des princes et de leurs ministres, que les documents qui touchent, soit aux négociations diplomatiques ou à l'histoire des communes en France, soit à l'ancien domaine ou aux généalogies : ceux de la première série appartiennent à d'autres travaux confiés à d'habiles mains; ceux de la seconde ont depuis quelque temps perdu tout mérite public, et n'en avaient aucun de particulier pour notre recueil. Si le mot n'avait pas vieilli[1], nous le qualifierions de recueil *anecdote* concernant le moyen âge ; mais, pour ne blesser ni les oreilles puristes, ni l'autorité légitime, nous avons adopté celui que porte notre collection. Nous avons espéré qu'elle serait également utile à l'histoire de France et à celle d'Angleterre durant les cinq siècles dont elle rappelle quelques faits curieux ou mémorables : nous trouverions dans la réalisation de cet espoir une bien large récompense de notre zèle à seconder les vues généreuses du Gouvernement dans cette publication.

J. J. C. F.

[1] Dictionnaire de l'Académie, de 1835.

LETTRES

DE

ROIS, REINES ET AUTRES PERSONNAGES

DES COURS DE FRANCE ET D'ANGLETERRE

DEPUIS LOUIS VII JUSQU'A HENRI IV,

TIRÉES DES ARCHIVES DE LONDRES PAR BRÉQUIGNY.

I. (28 février 1301.)

LETTRE DE PHILIPPE IV

A L'ABBÉ DE CLUNY,

Par laquelle il lui recommande son chapelain, et le prie de le pourvoir de quelque prieuré de sa dépendance. (*Rot. Vascon.* ann. 23-31. Ed. I, membr. 3. — Bréq. t. II.)

Rex religioso viro et sibi in Christo dilecto... abbati Cluniacensi, salutem. Ad illos fiducialiter dirigimus preces nostras, erga quos dilectionis affectum gerimus, et spe non incerta credimus quod ad exauditionis gratiam admittantur. Cum igitur dilectus nobis in Christo frater, Arnaldus de Poiolis, ordinis Sancti Benedicti, floriacensis monachus et capellanus noster, vir approbate conversationis, quem non solum religionis observancia, verum eciam scientie et virtutum merita condecorant, in obsequio nostro jam a multis temporibus extiterit pro nobis labores plurimos et pericula susti-

nendo, propter quod ea libenti animo prosequi tenemur que ad sui honoris promotionem noverimus convenire : benivolenciam vestram affectuose requirimus et rogamus quatinus de aliquo competenti prioratu vestre paternitati subjecto, prout vestra providentia, affectione pensata quam erga prefatum religiosum pie gerimus, decreverit ordinandum, providere dignemini nostris precibus et amore; pro quo vobis arcius teneamur ad ea facienda que nostre fuerint placita voluntati.

Datum apud Lincolnam, XXVIII, die februarii (an. XXIX).

Et istud breve fuit clausum.

II. (25 mai 1301.)

LETTRE DES BARONS ÉCOSSAIS,

ÉCRITE DE PARIS

AU GOUVERNEUR DE L'ÉCOSSE,

Pour rassurer leurs compatriotes sur ce que la France avait fait sa paix avec l'Angleterre sans qu'ils y fussent compris. (Rymer, t. III, n° 67.—Bréq. t. LXVII.)

Viris venerabilibus et discretis ac amicis suis in Christo dilectissimis, dominis Johanni Comyn, custodi regni Scotiæ, prælatis, comitibus, baronibus et cæteris ejusdem regni communitatis fidelibus, sui W. et M.; miseratione divina Sancti Andreæ et Dunkeldensis ecclesiarum ministri humiles, Johannes, comes Buchanie Jacobus, senescallus Scotiæ; Johannes de Saules, Ingeramus de Umfrannis et Willielmus de Balliolo, milites, salutem et triumphum de hostibus cum spiritu consolationis. Ne vos lateant ea quæ hacta sunt hiis diebus in regno Franciæ, vobis tenore præsentium significamus quod, inter reges Franciæ et Angliæ pax finalis facta

fuit et jurata, die martis proximo post festum Ascensionis Domini. Et eadem die ordinatum fuit per regem Franciæ et ejus consilium quod solempnes nuncii, scilicet episcopus Ambianensis, magnus prior Hospitalis in Francia et magister Johannes de Pochiaco, debebant mitti indilate ad predictum regem Angliæ, ad retrahendum ipsum de guerra Scotiæ, et causa capiendi sufferenciam pro vobis usque ad certum tempus; ita quod, medio tempore, prædicti reges personaliter in Franciam convenient, et tractatum ad invicem habebunt; in quo tractatu rex Franciæ pacem nostram faciet utilem pro regno nostro, ut idem rex nobis promisit firmissime. Et causa est quare pax sua nostram præcedit, quia, tam consilio regis Franciæ quam Angliæ, super hoç prius habita deliberatione magna, videbatur quod, post affinitatem et amicitiam contractam inter ipsos, citius, facilius et utilius ad pacem nostram posset perveniri; et ideo rex Franciæ voluit cum rege Angliæ pacificare, ut per illam deveniret citius ad pacem nostram. Et idcirco non sitis molesti vel turbati in aliquo, si Anglici vobis prædicent quod pax facta est inter reges, Scotis exclusis, quia causa quare ita factum est superius est expressa. Unde vobis supplicamus et sane consulimus quod sitis animosi; et si dictus rex Angliæ velit consentire sufferentiæ, sicut consentiet, ut firmiter speramus, quod et vos similiter consentiatis juxta formam quam vobis mittent prædicti nuncii regis Franciæ, per unum de nostris qui erit vobis notus, quem in societate dictorum nunciorum ad vos mittemus; licet forte hujusmodi sufferentia aliquibus forte fuerit dampnosa, in hoc quod interim terris suis carebunt: quod expedit quod aliqui sustineant modicum dampnum ad tempus breve, ut postea majus emolumentum inde consequantur. Si vero dictus rex Angliæ, more Pharaonis, fuerit adeo induratus quod sufferentiæ nolit consentire, sed guerram vobis continuare, pro misericordia Jesu-Christi, viriliter et unanimiter vos defendatis, ita quod, per virilem defensionem vestram, Dei adjutorio, vincatis, vel saltem donec a nobis aliam confortationem recipiatis; nec miremini quod aliquis nostrum ad vos non venit ad præsens, nam

libenter omnes venissemus; sed rex Franciæ noluit permittere quod aliquis nostrum recederet donec exitum negotii nobiscum portaremus. Quo habito, qualiscumque fuerit, ad vos, non obstante quocumque periculo, vel per terram vel per mare veniemus. Et ideo, pro Deo, in nullo sitis disperati; sed si unquam viriliter egistis, modo virilius agatis, quia, juxta sacram Scripturam, frustra velociter currit qui deficit antequam venire ad metam. Et si sciretis quantus honor vobis crevit per diversa mundi climata de conflictu ultimo habito cum Anglicis, multum gauderetis; scituri pro certo quod, circa ea que faciunt ad expeditionem negotii, quantum in nobis est, nichil de contingentibus omittemus, sicut nec hactenus, Deus novit, omisimus. Nuncii autem regis Franciæ, qui venturi sunt ad regem Angliæ, non solum habebunt potestatem capiendi sufferentiam, immo tractandi de pace finali cum rege Angliæ, sicut nobis per consilium regis Franciæ dicebatur, causa abreviandi negocium. Et ideo habeatis vos discretos in hujusmodi potissime tractatu, si vobiscum tractaverint, ne fraude decipiamini adversantium. Et vobis, domino Custodi, specialiter supplicamus quatinus permittatis sociam domini Johannis de Soules pacifice gaudere sustentatione sibi concessa et per vos tempore recessus nostri de Scotia usque reditum nostrum, vel in loco ubi sibi fuit concessa, vel alibi in loco competenti, ne, per subtractionem hujusmodi sustentationis, prædictus dominus Johannes, qui hactenus fideliter et diligenter laboravit circa negocia regni, ab eorumdem prosecutione retrahatur. Nuncios vero regis Franciæ, si ad vos accesserint, pro honore vestro et regni honorifice recipiatis. Valete. Datum Parisius VIII. kal. junii.

III. (13 août 1302.)

RÈGLEMENT

D'ÉDOUARD I, ROI D'ANGLETERRE,

En faveur du commerce des vins de Guienne, dans les pays de sa domination. (Rymer supp. t. IV, n° 179. — Bréq. t. LXVII et LXXX.)

Edwardus, Dei gratia rex Angliæ, dominus Hiberniæ et dux Aquitaniæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, prepositis, ministris et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Circa statum prosperum mercatorum de ducatu nostro prædicto, nos precipua cura solicitat qualiter, sub nostro dominio, tranquillitatis et plene securitatis immunitas eisdem mercatoribus futuris temporibus preparetur. Ut itaque vota ipsorum ad nostra et regni nostri servicia uberius augmententur, ipsorum petitionibus favorabiliter annuentes, pro statu eorumdem plenius assecurando, in forma quæ sequitur duximus ordinandum, et eisdem mercatoribus pro nobis et hæredibus nostris imperpetuum concedendum.

In primis videlicet, quod omnes mercatores vinetarii de ducatu prædicto, salvo et secure, sub tuitione et protectione nostra, in dictum regnum nostrum Angliæ et ubique infra potestatem nostram veniant cum vinis et mercandisis aliis quibuscumque, quodque infra idem regnum et potestatem nostram, in civitatibus, burgis et villis mercatoriis possint mercari in grosso tam cum alienigenis, extraneis vel privatis; et quod mercandisas suas, quas ipsos ad idem regnum et potestatem nostram adducere, seu infra dictum regnum et potestatem nostram emere, vel alias adquirere contigerit, possint quo voluerint, tam infra regnum et potestatem nostram

predictam quam etiam extra, ducere seu portare facere, et suam inde facere voluntatem, solvendo consuetudines quas debebunt; exceptis duntaxat vinis, quæ extra idem regnum seu potestatem nostram, ipsis, sine voluntate nostra, ducere non liceat quoquo modo.

Item, quod dicti mercatores vinetarii de dicto ducatu, in civitatibus et villis prædictis, pro voluntate sua, hospitari valeant et morari, cum bonis suis, ad gratum ipsorum quorum fuerint hospitia sive domus.

Item, quod quilibet contractus per ipsos vinetarios cum quibuscumque personis, undecumque fuerint, initus de omnimodis mercandisis, firmus sit et stabilis, ita quod neuter mercatorum contractum illum possit dedicere, seu ab eodem recedere, postquam denarius Dei inter contrahentes datus fuerit et receptus : et si forsan super contractu hujusmodi contentio oriatur, fiat inde probatio, secundum usus et consuetudines feriarum et villarum ubi dictum contractum fieri contigerit et iniri.

Item, remittimus et quietamus dictis mercatoribus de dicto ducatu, illam prisam antiquam de duobus doliis vini, quæ de qualibet nave vinis carcata, infra regnum seu potestatem nostram applicante, unum videlicet ante malum et aliud retrocapere consuevimus; promittentes insuper eisdem mercatoribus, pro nobis et heredibus nostris in perpetuum concedentes, quod prædictam prisam vel quamcumque aliam vinorum et aliorum mercimoniorum suorum, per nos vel alium seu alios, pro aliqua necessitate seu casu, nullatenus contra voluntatem ipsorum mercatorum, de cetero faciemus nec fieri patiemur absque solutione statim, juxta pretium quo dicti mercatores vina et alia mercimonia vendent aliis, facienda, vel alia satisfactione de qua reputent se contentos; ita quod, super vinis vel aliis mercimoniis ipsorum, per nos vel ministros nostros, appretiatio vel estimatio non ponantur.

Item, quod de quolibet dolio vini gaugeato, sicut venditor vini quod de gaugeto defuerit supplere tenebitur, sic eidem per emp-

torem, de eo quod ultra gaugetum superfuerit, juxta pretium ad quod dolium vini venditum fuerit satisfiat.

Item, quod, quamprimum naves cum vinis novis infra regnum et potestatem nostram applicuerint, vina vetera, ubicumque inveniantur in villis vel locis aliis ad quæ dictæ naves venerint, videantur et probentur si sana fuerint et incorrupta; et de hiis qui dicta vina videbunt, sit una medietas de mercatoribus vinetariis ducatus prædicti, et alia de probis hominibus illius villæ ubi hæc fient; et sint, ad premissa fideliter et sine fraude facienda, jurati, et de vinis corruptis justitiam faciant consuetam.

Item, cum consuetum et usitatum olim fuisset quod emptor et venditor solverent unum denarium pro quolibet dolio de gaugeto, quilibet eorum videlicet obolum, sic fiat de cetero, et pro consuetudine observetur.

Item, volumus quod omnes ballivi et ministri feriarum, civitatum, burgorum et villarum mercatoriorum, vinetariis antedictis coram eis conquerentibus de injuriis, molestiis sibi factis, debitis et quibuscumque aliis placitis, celerem justitiam faciant de die in diem, sine dilatione, secundum legem mercatoriam. Et si forte inveniatur defectus in aliquo ballivorum vel ministrorum predictorum, unde iidem vinetarii vel eorum aliquis dilationis incommoda sustinuerint, vel sustinuerit, licet vinetarius versus partem in principali recuperaverit dampna sua, nihilominus ballivus vel minister alius, versus nos, prout delictum exigit, puniatur. Et punitionem istam concedimus in favorem mercatorum vinetariorum predictorum, pro eorum justitia maturanda.

Item, quod, in omnibus generibus placitorum, salvo casu criminis pro quo infligitur pena mortis, ubi mercator vinetarius de ducatu prædicto implacitatus fuerit vel alium implacitaverit (cujuscumque conditionis idem implacitus extiterit, extraneus vel privatus), in nundinis, civitatibus sive burgis ubi fuerit copia sufficiens mercatorum vinetariorum de ducatu prædicto, et inquisitio fieri debeat : sit medietas inquisitionis de hujusmodi mercatoribus vi-

netariis de ducatu prædicto, et medietas altera de aliis probis et legalibus hominibus loci illius ubi placitum illud esse contigerit. Et si mercatorum vinetariorum de ducatu prædicto sufficientem numerum ibidem minime contigerit inveniri, ponantur in inquisitione illi qui de ipsis sufficientes invenientur ibidem, et residui sint de aliis bonis hominibus et sufficientibus de locis in quibus placitum illud erit.

Item, quod nulla alia exactio vel prestationis onus super vina dictorum mercatorum aliquatenus imponantur.

Item, duximus ordinandum, et ordinationem illam pro nobis et hæredibus nostris imperpetuum volumus firmiter observari, quod, pro quacumque libertate quam nos vel hæredes nostri de cetero concedemus, præfati mercatores vinetarii suprascriptas libertates vel earum aliquam non amittant, volentes quod libertates illæ ad dictos mercatores vinetarios de ducatu nostro prædicto tantummodo se extendant.

Pro suprascriptis autem libertatibus et liberis consuetudinibus, concesserunt nobis mercatores vinetarii predicti quod, de quolibet dolio vini quod adducent seu adduci faciant infra regnum vel potestatem nostram, et unde marinariis fretum solvere tenebuntur, nobis et hæredibus nostris, ultra antiquas custumas debitas et solutas in denariis, sive nobis, sive aliis solvent, nomine custumæ, duos solidos infra quadraginta dies, postquam extra naves ad terram posita fuerunt vina ipsa. Et volumus quod prædicti mercatores vinetarii de vinis, unde in uno loco regni nostri vel alibi, infra potestatem nostram, præfatam custumam duorum solidorum nobis solverint, in singulis aliis locis dicti regni et potestatis nostræ, de solutione præfatæ custumæ duorum solidorum liberi sint penitus et quieti : proviso quod pro aliis mercandisis quibuscumque quas ipsos intra regnum et potestatem nostram exercere continget, easdem consuetudines nobis solvere teneantur, quas cæteri mercatores pro mercandisis hujusmodi nobis solvent.

Hiis testibus : veneri abilpatre Willelmo, Conventrensi et Lich.

episcopo, Johanne de Varenna, comite Surr. Rogero le Bygol, comite Norffolkensi et marescallo Angliæ, Johanne de Britannia, Hugone le Despenser, Willielmo de Brewos, Waltero de Bello-Campo, senescallo hospitii nostri, Rogero le Brabazon, Johanne de Merk, et aliis.

Datum per manum nostram apud Westmonasterium, tertio decimo die augusti, anno regni nostri tricesimo.

IV. (Vers 1302.)

LETTRE DE PHILIPPE IV,

ROI DE FRANCE,

Par laquelle il somme Édouard I, roi d'Angleterre et duc de Guienne, de se trouver à jour nommé, avec ses gens, en armes à Saint-Quentin en Vermandois. (Des liasses de la Tour de Londres. — Bréq. t. LXVII.)

Phelippes, par la grâce de Dieu roys de France, à très-noble prince Eddoard, par chele meesme grâce roi d'Engleterre, seigneur d'Illande, duc d'Aquitaine, et conte de Ponthif, ou à cil qui tient son lieu en la conté de Ponti, salus et bon amour. Nous vous mandons que vous, as otaves de la Saint-Pierre entrant aoust, soiés à Saint-Quentin en Vermandois près et apparillés en chevaus et en armes, en tele manière que nous vous en sachons gré, pourveu toutevoies que vostre terre remaigne convenablement garnie; (et que) cels qui i demorront s'appareillent et se garnissent si en chevaux et en armes, que nous les puissons avoir près sans délai, se nous les mandons.

Donné à Paris, le merkedi après la Saint-Barnabé l'apostre.

N. B. Copié sur une copie ancienne en parchemin. On lit au dos, d'une main moderne : E. I. — La copie est d'une écriture anglaise et du règne d'Édouard I. B.

V. (13 avril 1305.)

LETTRES DE LÉGITIMATION,

ACCORDÉES PAR ÉDOUARD I, ROI D'ANGLETERRE,

A BERNARD DE LAGORSE,

Écuyer et parent naturel de Bernard Pelet, prieur et seigneur du Mas, professeur en droit civil et canon. (*Rot. Vascon.* an. 32-35. Ed. I, membr. 25. — Bréq. t. II.)

Rex Bernardo de Lagorssa, salutem. Pro illorum libencius zelamus honore, a quibus nos majora cognoscimus servicia recepisse. Cum itaque dilectus noster clericus Bernardus Peletti, prior et dominus Mansi, juris utriusque professor, nobis dixerit humiliter supplicando ut te suum scutiferum et consanguineum, de subdiacono et libera procreatum, legittimare in temporalibus, sui contemplacione et gracia, dignaremus; nos ipsius precibus inclinati, ipsum benevolo prosequentes affectu, in personamque suam eumdem honorare volentes, te, quantum ad nos pertinet, in temporalibus legitimamus, et ab hac hora in antea quoad temporalia legitimum declaramus, dantes tibi, auctoritate presentium, plenam, generalem et liberam potestatem, predicto in aliquo non obstante defectu, ad miliciam aspirandi, tutelas gerendi, judicaturas et quecumque alia publica officia ad que assumptus fueris, administrandi, active et passive testificandi, accionem habendi, et omnes alios actus cum integritate juris, et status legitimos exercendi quoscumque posset quivis nobilis legitimus excercere; salvo in omnibus jure nostro et jure quolibet alieno, quod quis inpresenciarum noscitur optinere. In quorum testimonium ut munimen sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

Datum apud Westmonasterium, XIII die aprilis. Per ipsum regem, nunciante Raymundo de Fungavan.

VI et VII. (18 mars 1305.)

1°

LETTRE DE PHILIPPE LE BEL, ROI DE FRANCE,

A ÉDOUARD I, ROI D'ANGLETERRE,

Pour le prier de faire contraindre un marchand anglais de payer à deux bourgeois de Rouen 400 livres qu'il leur doit.

2° (16 mai 1305.)

LETTRE D'ÉDOUARD, ROI D'ANGLETERRE,

A SON CHANCELIER,

Pour qu'il satisfasse à cet égard le roi de France, dont il lui envoie la lettre. (Des liasses de la Tour de Londres. — Bréq. t. LXVII.)

Philippus, Dei gratia Francorum rex, inclito principi, carissimo consanguineo suo Edwardo, eadem gratia regi Anglie illustri, salutem et dilectionem. Cum, sicut ex parte fidelium nostrorum majoris et juratorum ville Rothomagensis accepimus, Andreas de Vastecombe, mercator regni vestri, qui nuper causa mercandi, Rothomagum se contulit, Johanni Perot et Philippo de Mota burgensibus Rothomagensibus, fratribus, in quatuor centum libris parvorum turonensium, ex causa legitima teneatur, quas debuit solvere predictis fratribus brevi manu, antequam de villa recederet supradicta, et ea non soluta idem Andreas se ad vestram jurisdictionem duxerit transferendum : requirimus vos quatinus eumdem Andream ad solvendum dictum debitum eisdem fratribus, quatenus vobis de ipso constaverit legitimis documentis, sic celeriter per suorum

temporalium captionem et distractionem faciatis compelli, sicut velletis in causa consimili nos facturos et quod vobis debeat esse gratum.

Datum Parisius, die XVIII martii.

Edward, par la grâce de Dieu, roy d'Engleterre, seigneur d'Irlande et duc d'Aquitaine, à nostre cher clerk William de Hamelton, nostre chancellier, saluz. Nous vous envoions cy-dedenz unes lettres que le roy de France nous ad envoiées endroit de quatre centz livres de petits tournoys que Andreu de Vastecombe, marchand de nostre royaume, deit à Johan Perot et à Phelippe de la Mote, borgeys de Roan, si comme vous porrez plus pleinement savoir par meismes lettres; et vous mandons que la tenour des meismes les lettres, et la monstrance que le porteur de cestes vous ferra en cele partie, bien entendues, facez sur ce faire et avoir audit porteur tieu remède et tielle grâce par lettres souz nostre grant seal, comme vous verrez que la loi porra suffrir.

Donné souz nostre privé seal, à Craunford, le XVI[e] jour de may, l'an de notre règne XXXIII[e].

N. B. Nous avons copié ces lettres sur l'original en parchemin, auquel sont encore les vestiges du cachet en cire rouge. Les premières lettres y sont attachées. B.

VIII. (12 avril 1305.)

MANDEMENT DU ROI D'ANGLETERRE

AU SÉNÉCHAL DE GASCOGNE,

Pour chasser les Juifs de la province. (*Rot. Vascon.* an. 32-35. Ed. I, membr. 21. — Bréq. t. LXVII.)

Rex senescallo Vasconiæ, etc. Quia nolumus quod Judei infra terram seu potestatem nostram aliqualiter moram trahant, vobis

mandamus quod omnes Judeos a ducatu nostro predicto, visis presentibus, totaliter expellatis, ipsos ibidem ulterius morari nullatenus permittendo.

In cujus, etc. Datum *ut supra* (apud Westmonasterium; XII die aprilis, an. XXXIII.)

IX.

(12 avril 1305.)

LETTRE DU ROI D'ANGLETERRE,

AU SÉNÉCHAL DE GASCOGNE, JEAN DE HAVERINGS,

Pour qu'il informe au sujet d'une plainte portée par quelques particuliers contre l'ancien sénéchal de Gascogne, et les anciens maire et sous-maire de Bordeaux, lesquels seront obligés de faire une entière satisfaction. (*Rot. Vascon.* an. 32-35, Ed. I. membr. 19.— Bréq. t. LXVII.)

Rex dilecto et fideli nostro Johanni de Haveringgs, militi, senescallo nostro Vasconiæ, salutem. Dilecti nostri Amanemus Columbi, Johannes Columbi, fratres; Guillelmus Remundi Columbi et Petrus Vigrii, nobis gravi querimonia demonstrarunt quod Johannes de Hastingges, miles, senescallus quondam noster Vasconiæ; Amaricus de Sancto-Amando, miles, quondam major noster Burdegale, et Guillelmus Rostandi, quondam submajor, seu gentes eorum, tempore quo predicta tenebant officia, ipsis et gentibus suis dampna plurima, injurias enormes et intollerabiles intulerunt, et excessus plurimos in ipsos seu gentes suas commiserunt, super quibus sibi emendam fieri et predictos corrigi pecierunt : Nos igitur ipsos volentes favorabiliter pertractare, et in sua justicia confovere, vobis mandamus quatinus super predictis nobis expositis, per eosdem, vocatis evocandis, veritatem cum diligencia inquira-

tis, et emendari, prout justum fuerit faciatis; et ipsos, in agendis, servata justicia et patrie consuetudine, favorabiliter pertractetis, taliter quod de cetero non habeant materiam conquerendi, set de bono vestro regimine se valeant collaudare.

In cujus, etc. Testis rex, apud Westmonasterium, XII. die aprilis. Per Priorem. (An. XXXIII.)

X. (16 octobre 1305.)

NOTICES DE REQUÊTES

PRÉSENTÉES AU ROI D'ANGLETERRE

PAR LES MARCHANDS DE BAYONNE,

Au sujet des dommages à eux causés par des Français, durant la paix entre les deux rois. (Des liasses de la Tour de Londres. — Bréq. t. LXVII.)

Un grand rôle en parchemin, de douze membranes, contenant toutes les plaintes des marchands de Bayonne sur les divers préjudices par eux soufferts. Ce rôle, en langage gascon, est intitulé au dos:

De dampnis illatis gentibus regis Anglie de Bayona per gentes regis Francie infra sufferenciam captam inter ipsos reges. Volutum istum portavit clericus majoris Bayone apud Westmonasterium, XVI die mensis octobris, anno regni regis E. XXXIII°.

Les petitions que renferme ce rôle, et qui sont toutes adressées à Guy de Ferrière, lieutenant du roi d'Angleterre en Guienne, prennent leur commencement à l'an 1298, et finissent en 1303.

Comme ces pétitions ne nous ont paru d'aucune importance, nous ne les avons point copiées.

Mais, pour donner une idée de ce que contient ce rôle, nous avons analysé sommairement l'une de ces demandes, ainsi qu'il suit :

A vos mossenheur Enguy Ferrere, Caver dou noble nostre seinhor rey d'Engleterre et de Guyaine en Aquitaine med. dugat loctient,

suppliqui et demostri jo Peir de Talarret bezin de Bayonne, que comme en lo temps de le suffrence dous reys, etc.

La plainte consiste en ce que le prévôt de Dax avait arrêté du froment qu'il transportait par eau, de Mont-de-Marsan à Bayonne, comme marchandise, en quoi il prétend avoir souffert 20 livres mort, dont il demande d'être dédommagé.

Les autres pétitions sont du même genre et de personnes de même espèce.

Le rôle est terminé par la somme totale à laquelle sont estimés les dommages compris dans lesdites requêtes, et qui monte, autant qu'il est possible de lire l'écriture très-altérée, à cinq mille neuf cent cinq livres.

Ce rôle est d'une écriture des premières années du XIV[e] siècle. Le commencement de ce rôle est déchiré. B.

XI.

(28 janvier 1306.)

LETTRE DE PHILIPPE IV, ROI DE FRANCE,

Par laquelle il enjoint à plusieurs prévôts et baillis de contraindre des marchands de Douai et d'Amiens à rendre à Guillaume Hulon, bourgeois de Salisbury, onze pièces de draps saisies sur lui injustement durant la trêve entre les Français et les Flamands. (Des liasses de la Tour de Londres. — Bréq. t. LXVIII.)

PHILIPPUS, Dei gratia Francorum rex, preposito Parisiensi, ac Viromandensi, Silvanectensi et Ambianensi ballivis, nec non et gubernatori de Duaco, salutem. Ex parte Guillelmi Hulon, burgensis Salesburiensis, regni Anglie, nobis extitit conquerendo monstratum quod, durantibus treugis inter nos et Flaminges, idem Guillelmus in villa de Lens, in Atrebato, quadraginta et septem pannos per Johannem de Sevelingehem fecit conduci, pro eisdem pannis ad partes Anglie transfrettandis, quos Renerius Liblons, Johannes de Formeries, et Perrotus d'Artesie, ex parte nostra, pro forefacturis, ut dicitur ad partes illas deputati, in manu dicti Johannis ceperunt et arrestaverunt indebite, asserentes dictos pannos esse fore-

factos; cumque ex parte nostra primo Johanni de Chavenio, villeto nostro, et secundo gubernatori de Duaco, ut dicitur, datum fuit in mandatis ut sibi restitui facerent dictos pannos, ac deputati prefati triginta sex pannos eidem Johanni restituerint, alios undecim residuos reddere indebite recusantes, ac propter hoc dictus Guillelmus dampna non modica sustinuerit, ut dicit : quare vobis et vestrum singulis, prout ad ipsum pertinuerit, mandamus quatinus, vocatis evocandis, si vobis constiterit ita esse, detentores pannorum predictorum ad reddendum et restituendum eidem Guillelmo, vel ejus certo mandato, dictos pannos, vel legalem estimacionem ipsorum, cum expensis legitimis de quibus liquebit ratione previa, compellatis, taliter id acturi quod ex parte dicti Guillelmi, ob vestri defectum propter hoc, ad nos non sit ulterius recurrendum. Actum Parisius, die XVIII januarii, anno Domini M° CCC° sexto.

N. B. Copié sur l'original en parchemin. On lit sur la queue : *Rescripta propter defectum Silvanec.* hosp. B.

XII. (28 juillet 1307.)

LETTRE DE PHILIPPE IV, ROI DE FRANCE,

ADRESÉE

A ÉDOUARD II, ROI D'ANGLETERRE, ET A SON CONSEIL,

Par laquelle il lui notifie qu'il a donné licence à Guillaume Hulon, bourgeois de Salisbury, de contraindre, par toutes voies et dans tous les lieux, certains marchands de Douai et d'Amiens tenus de l'indemniser pour onze pièces de drap qu'ils lui avaient saisies durant la trêve entre les Français et les Flamands, en 1304, à la restitution desquels effets la ville de Douai s'opposait, malgré les ordres du roi de France. (Des liasses de la Tour de Londres. — Bréq. t. LXVIII.)

Philippus, Dei gratia Francorum rex, illustri regi Anglie ejusque nobili consilio seu ejus locum tenenti, salutem, prosperam pacem,

gaudium et salutem. Cum sicut ex capitanei nostri Duacensis tenore vidimus litterarum, Renerius li Blons de Duaco et Johannes de Formers, Ambianensis, confessi fuerint coram eodem capitaneo, ex parte nostra ibidem deputato, se et Perrotum de Vadeci habuisse et retinuisse undecim pannos, residuos de summa quadraginta et septem pannorum per ipsos super Guillelmum Hulon, burgensem Saresburiensem, regni Anglie, anno Domini M° CCC° quarto, durantibus treugis inter nos et Flamingos, arrestatorum in villa de Lens, in Atrebato, sine causa; et nos eidem capitaneo ceterisque justiciariis nostris, sub quorumcumque districtibus dicti detentores inveniri potuissent, sepius in nostris dedisse mandatis ut dictorum undecim pannorum una cum dampnis et expensis factis et habitis, occasione arrestationis et detentionis eorumdem, eidem Guillelmo adjudicassent et fecissent restitutionem; attamen, predictorum bonorum possessione non habita, postmodum cum dictus Guillelmus, juxta mandati nostri tenorem, saisinam et possessionem domorum et aliorum bonorum dictorum detentorum sibi tradi et deliberari pecierit usque ad integram satisfactionem, mercatores seu communitas ville de Duaco, sue sequentes libitum voluntatis, non judicium rationis, se opposuerunt et opponant quominus possessio et saisina bonorum predictorum deliberentur eidem, prout, per litteras dicti capitanei super hoc eidem Guillelmo concessas, cuilibet extitit manifestum : Quare vobis et vestrum singulis, prout ad id pertinuerit, testificamur dictum Guillelmum, vestro precedente auxilio, mercatores nostros Duacenses et Ambianenses quoscumque in districtibus vestris inveniri potuerint, licentiatum esse distringere et bona eorumdem detinere; donec de quadam pecunie summa tricentum decem et novem librarum et undecim solidorum sterlingorum, sibi per suum jusjurandum et per legalem nostri consilii estimacionem judicatorum, pro undecim pannis, dampnis et expensis supradictis, satisfactionem sine dilatione aliqua, eidem Guillelmo vel ejus certo mandato fecerint et restitutionem, cum ipsi bona predictorum detentorum injuste detineant,

taliter in partibus vestris id acturi, quod idem Guillelmus, ob vestri defectum, de cetero ad nos non recurrat. Actum apud Liveriacum, XXVIII die julii M° CCC° septimo.

N. B. Copié sur l'original en parchemin. Il se trouve aussi deux copies des mêmes lettres, d'une écriture anglaise contemporaine, qui nous ont servi pour suppléer quelques mots dans l'original dont l'encre est effacée. B.

XIII. (13 octobre 1307.)

LETTRE D'ÉDOUARD II, ROI D'ANGLETERRE,

Par laquelle il nomme ses procureurs à la cour de France pour les affaires concernant son comté de Ponthieu et de Montreuil. (Supplément manuscrit de Rymer, Ed. II, t. I, n° 6. — Bréq. t. LXVIII.)

DE PROCURATORE IN CURIA FRANCIÆ CONSTITUTO.

Edoward, par la grâce de Dieu, roy d'Angleterre, seigneur d'Irlande et ducs d'Aquitaigne, à tous ceaux que ceste lettre orront ou vorront, saluz.

Sachent touz que nous establissons nostre procureur et chescun pour le tout, maistre Rauf de Seint-Riker, clerk, Nicholas de Gaytone et Pierron Lekat, en tiel manère que li condition de celuy qe vendra devant ne seit pas meilleur, en totes nostres causes mutes et as mouvoir é besoignes, queles q'ele soient, appartenantz à nostre terre et conté de Pontif et Monstroill, pardevant tous seigneurs, justices, jugeours, auditours, arbitres et conservateurs, espéciaument à ceste présent parlement qui vient à la court de Fraunce à Paris ou là il erd, contre totes personnes tant seculères come de seint eglise, queles q'ele soient; dounantz as dits procureurs et à chacun par luy, plein poer et spécial mandement de demander, de requère, de suplier pour nous et de nous défendre, de poser, de

prover, de condure tesmoings, de oïr jugemens, arrestz et sentences deffinitives, de appeler et de l'apel poursuir, et de faire et de dire, tant pur nous comme contre nous, que nous porrons faire ou dire en toutes les choses desusdites é en toutes les appartenantz à yceles, si nous y esteions présentz.

E avons et averons ferme et stable, par obligation de tous nos bienz de la conté de Pontif et de Monstroille, quelconque chose serra fait ou dite par lesdits procureurs, ou par l'un de eaux. E donnons as dits procureurs et à chescun par lui, plain poer de subestabler autre procureur ou procureurs en lieu de aux ou l'un de aux, que autiel poer eit, en totes choses, que leditz procureurs ount, ou lieu de eaux, et de reapeler quant il lur plerra ou à l'un de eaux.

Et ce signifions-nous à tous ceaux à qui il poet apartenir e toucher, par le tenour de cestes présentes lettres, sealés de nostre seal, faites à Londres, le XIII jour d'octobre, l'an de grâce M CCC et VII, et de nostre règne primer.

XIV. (Vers 1307.)

PLAINTES

PORTÉES PAR LES SUJETS DU ROI D'ANGLETERRE,

Devant les commissaires députés par ledit roi et par celui de France, à l'effet d'examiner les contraventions commises contre les trêves conclues entre les deux puissances. (Des liasses de la Tour de Londres. — Bréq. t. LXVIII.)

A vous, seignurs comissaires députez par les rois de France et d'Engleterre à enquère des damages doné as gentz desditz rois d'un part et d'autre, durauntz les trêves entre eux prises l'an de grâce MIL CC IIII^{xx} XVII, monstrent les procureours de la commu-

nalté de souzmis dudit roi d'Engleterre, de soundit roialme et des altres terres de sa seignurie, que, come conue chose soit audit roi de Fraunce et à les grauntz et au commun de son dit roialme, et à ses aidans et ailliez d'ailleours; et fust le jour desdites trewes prises devaunt et après qe les évesques, countes, barouns et les altres nobles et les universitez et communaltés des citées, des villes, et les menuz de la terre d'Escoce feurent en plénère subjection et obéissaunce dudit roi d'Engleterre, et qe ledit roi fust en paisible possession de tute manère de soveraineté haute, menue et basse de la terre d'Escoce susdite; et qe, come en lesdites trewes soit expressément contenue qe nul desdis rois ne de lour southmis, aidans ne alliez, subtrareient ne ousteroient à l'autre roi ne à ses southmis, aidanz, alliez, villes, chastels ne possessiouns, hommes southmis, aidanz ou alliez, ne ne ferroient, apertement ne celément, convenaunces ne traitiz ou altre chose par quoi se ferroit ou se purroit faire durauntz les trewes susdites ou les allowances d'icels faites par le pape Boneface, et affermée des peines de cent mil mars d'argent et de l'obligacioun de touz les biens; et si ascun desditz rois ou lour southmis, aidaunz et alliez, faisse à l'encontre, ceo q'averoit esté forfet par eux ou par ascun de eux, ferroient amender et les tourner en estat deinz lesdites trewes ou après, si ceo n'averoit esté amendée lesdites trewes durauntz : Ledit roi de France et ses southmis, aidauntz et alliez sustreèrent et ostèrent audit roi d'Engleterre et ses southmis, villes, chastels, terres, possessiouns, soutzmis, aidanz et alliez, et fesoient apertement et celéement covenanz et traitiz à la fin susdite, duranz lesdites trewes et les allouances d'icels, dont la communalté des menuz desdiz southmis dudit roi d'Engleterre estoient damagez, taun qe à la mountaunce de DCCCC mil livres de sterlings estre les damages, despenses et intérès qe lesditz menuz ount euz, sustenutz et encorutz par cause de sustretes et prises avant dites, qe amountent au double dudit principal; lesquieux prises, pertes et damages, despenses et intérès, lesditz procureours se profrent de

mettre à voir, solonc ceo qe apartendra, et vous prient, seigneurs comissaires avaunt dits, qe restitution lour soit fet desdits biens, et due satisfaction des damages, despenses et intérès susditz; et vous prient que vous facez ajorner devant vous les procureours ledit roi de France, et les ercevesqes et évesqes, abbés, priors, chapistres, couventz, ducs, countes, barons et altres nobles, et les universités et communaltés des citées et des villes dudit roialme de Fraunce, desqueux les nouns sont contenuz en un roul annex à ycestes, q'ils soient devant vous as jours et lieus covenables à l'une et à l'autre partie, personalment ou par procureours suffisamment enformés, à respondre à lesditz souzmis dudit roi d'Engleterre ou à lour procureours, desdites sustretes et prises et de touz altres grefs, damages, despenses et intérès par eux, lor southmys, aidauntz et alliez faitz et donéez, ès moebles et nient moebles, asditz souzmis ledit roi d'Engleterre, en terre et en mier, duraunz lesdites trewes et allouaunces et countre la forme d'icelles.

Les mounstrances et requestes susdites fount lesdits procureours de la communalté des soumis dudit roy d'Engleterre et espéciaument par les menuz susdits, en faisant protestacioun et retenue à altrefois, en dues lieu e temps, à les déclarer, et les sommes contenuz en ycelles encrestre, et à tuttes altres choses faire et dire en noun desditz menuz qui de droit serrount nécessaires à faire et à dire, pour avoir approuvée sentence en les monstraunces et requestes susdites.

Item fount lesditz procureours protestacioun et retenue à faire mounstrances et requestes pur les ercevesqes, évesques, abbés, priours, chapitres et couventz, et altres persones de sainte église, et pur countes, barouns et altres nobles dudit roialme d'Engleterre et des altres terres de la seigneurie du roi d'Engleterre, pur satisfaction aver dudit roi de Fraunce et de ses ministres et southmis, de tous les despens q'ils ount fet countre lesditz enemis d'Escoce, par cause de l'enfreint des trewes susdites, q'est avenue par ledit roi de Fraunce, taunt par défaute d'acomplissement et garde des conve-

naunces contenues en lesdites trewes, come par choses faites expressément countre la force d'icelles, et por satisfactioun avoir de touz damages, despens et intérès, lesquels lesditz prélatz et nobles ount eues et encoruz durauntz les trewes susdites, par cause de la enfreinte d'icelles de par ledit roi de Fraunce et des soens, come desus est dit, qe amountent au treble et plus des sommes contenues en la requeste des menuz avauntz ditz.

Item fount lesdits procureours protestacion et retenue et espécialement à faire mustraunces et requestes pur les countes, barouns et altres nobles dudit roialme d'Engleterre, q'avoient chastels, villes, terres et rentes en ladite terre d'Escoce du doun dudit roi d'Engleterre quaunt à restitucioun avoir de les despens q'ils firent durauntz lesdites trewes, en la garde des chastels, villes et terres avaunt dites, et quant à satisfactioun aver de touz les damages et intérès qu'els avoient encorues et sustenues, lesdites trewes durauntz, par cause de l'enfreinte d'icelles de par ledit roi de Fraunce et les soens, come desus est dit.

Item à vous, seignurs comissaires avaunt ditz, moustrent lesditz procureours de la communalté desdits souzmis dudit roi d'Engleterre qe, come par vertu desditz maundemenz et commissions à vous faites par lesdits rois de Fraunce et d'Engleterre, vous soiez tenuz à enquere, et due satisfactioun faire as gentz desdits rois de leour ditz roialmes et des altres terres de lor seignuries, de tous dammages entre eux doneez d'une part et d'autre, puis la pées affermée entre les rois susdits, le vintisme jour de may, l'an de grâce m^l ccc et tierce, taun qe à dimenche prechein après la feste de la seinte Croiz, l'an de grâce m^l ccc vi, si come est pleinement contenu en la commission faite par ledit roi de Fraunce, eust esté tenuz par ses lettres patentes seallez de son seal, et afforcé de soun serment, d'estre bons, vrais et loiaux amis et aidaunz audit roi d'Engleterre, countre tuit homme qi puisse vivre et morir, etc. et à suffrer les gentz et marchaunz dudit roi d'Engleterre passer parmy son roialme seurement et sauvement, etc. et deffendre

parmy sondit roialme qe les enemis dudit roi d'Engleterre ne fussent receptez en soundit roialme ne aillours de son poer, ne q'ils n'en eussent d'illucques socur ne confort des vitailles, etc. et come ledit roi d'Engleterre en fet bien garder lesdits articles envers ledit roi de Fraunce, et espéciaument le tiers article susdit countre ses ennemis de Flandres, tutes fois qe de ceo estoit requis...... à grauntz charges et damages de lui et de la communalté de ses soutzmis avaunt dits, qe nul défaute peust estre trouvé de la sue part en la garde et acomplissement des articles de les pées susdites; et come notoire chose soit qe ledit roi de Frannce et ses ministres et subgitz taunt ount failli en la garde et acomplissement des articles desdites paés envers ledit roi d'Engleterre et les soens, que les ennemys dudit roi d'Engleterre en la terre d'Escoce, parmy les graunz confortz, secours et aides q'ils avoient des terres de la seignurie et du poer dudit roi de Fraunce, countre la forme des articles susditz, aient fet plusours des subgitz dudit roi d'Engleterre en sa terre d'Escoce lever countre li et les soens, de guerre, en fesaunz murdres, homicides, arsouns, robberies, à graunt destruccioun et empoverissement desdits subgitz dudit roi d'Engleterre, et à damage desditz menutz de D C M[l] d'esterlings et plus.

N. B. Transcrit sur un rôle en parchemin, contenant trois membranes assez bien conservées. B.

XV. (15 mars 1308.)

LETTRE D'ÉDOUARD II, ROI D'ANGLETERRE,

Par laquelle il ordonne de restituer à Gaston, comte de Foix, fils aîné de Marguerite, comtesse de Foix et vicomtesse de Béarn, le château de Gavaret, que Gaston, vicomte de Béarn, père de Marguerite, avait engagé à Édouard I pour une somme de 5,000 livres. (*Rot. Vascon.* ann. 1, Ed. II, membr. 2. — Bréq. t. LXVIII.)

PRO GASTONE COMITE FLUXI.

Rex omnibus ad quos, etc. salutem. Sciatis quod cum Gasto, quondam vicecomes de Bierna, obligasset et impignorasset castrum et villam Gavaretti et terram Guerdani cum pertinentiis, claræ memoriæ domino Edwardo, nuper regi Angliæ, patri nostro, pro quinque millibus librarum turonensium parvorum, ac idem pater noster predicta castrum, villam et terram cum pertinentiis in manu sua sic existentia, Arnaldo Guillelmi de Marsano, pro arreragiis vadiorum in quibus sibi tenebatur, liberari fecisset, tenenda quousque ei de dictis quinque millibus librarum turonensium, per heredes predicti Gastonis fuisset satisfactum; quæ quidem castrum, villa et terra in manu ipsius Arnaldi ea occasione adhuc existunt; nosque eidem Arnaldo de duobus millibus et quingentis libris turonensibus satisfecerimus : volentes dilecto consanguineo nostro Gastoni, comiti Fluxi, primogenito filio Margaretæ, comitissæ Fluxi et vicecomitissæ de Byerna, filiæ et heredis predicti Gastonis, gratiam facere specialem, perdonavimus et de dicta summa quinque millium librarum turonensium, duo millia et quingentas libras turonenses, et ei prædicta castrum, villam et terram reddidimus et restituimus cum suis pertinentiis universis, mandantes et precipientes quod literæ et instrumenta quæcumque dicto patri nostro super

obligatione et impignoratione eorumdem castri, villæ et terræ confecta et penes nos seu penes prædictum Arnaldum remanentia, præfato comiti liberentur; ita tamen quod idem comes præfato Arnaldo de residuis duobus millibus et quingentis libris turonensibus primo satisfaciat, seu sibi inde inveniat sufficientem securitatem, de qua idem Arnaldus reputet se contentum. In cujus, etc. Datum apud Westmonasterium, XV die martii (an. I).

Et mandatum est Guiddoni Ferrere, senescallo Vasconie, quod, satisfacto præfato Arnaldo de prædictis duobus millibus et quingentis libris turonensibus, vel securitate sibi inde facta in forma prædicta, eidem comiti prædicta castrum, villam et terram cum omnibus suis pertinentiis, nec non et literas ac instrumenta quæcumque super obligatione et impignoratione eorumdem castri, villæ et terræ confecta, et penes regem in custodia dicti Guidonis qualitercumque existentia, liberari faciat. Datum, *ut supra. Et fuerunt patentes.*

Et mandatum est præfato Arnaldo quod, satisfacto sibi de prædictis duobus millibus et quingentis libris turonensibus, vel securitate sibi inde facta in forma prædicta, eidem comiti prædicta castrum, villam et terram, cum omnibus suis pertinentiis que adhuc sunt in manu sua, nec non et literas et instrumenta quæcumque, etc. *ut supra,* confecta et penes ipsum remanentia, liberet. Ipsum autem, facta liberatione hujusmodi, inde imperpetuum rex quietat. Datum, *ut supra. Et fuerunt patentes.*

XVI. (15 mars 1308.)

LETTRE D'ÉDOUARD II, ROI D'ANGLETERRE,

AU CONNÉTABLE DE BORDEAUX,

Réglant le mode de payement, sur les revenus de la Guienne, de ce qui est dû à certains nobles et autres dudit duché, porteurs d'obligations du roi Édouard I, avec l'ordre de prendre avant tout sur lesdits revenus de quoi acheter mille tonneaux de vin. (*Rot. Vascon.* ann. 1-3, Ed. II, membr. 21. — Bréq. t. LXVIII.)

Rex constabulario suo Burdegalensi, salutem. Cum clare memorie dominus Edwardus, quondam rex Anglie, genitor noster, ordinasset quod diversa debita, in quibus ipse per litteras suas patentes quibusdam nobilibus et aliis de ducatu predicto tenebatur, de exitibus et proventibus ejusdem ducatus, per manus constabularii Burdegalensis, solverentur eisdem; quam quidem ordinacionem, postquam idem ducatus ad manus nostras devenit, acceptavimus, et adhuc ratam habere volumus et acceptam; jamque intelleximus quodplures de dictis nobilibus et aliis debita, que eis sic debebantur, diversis mercatoribus pro minimis seu minus justis preciis vendiderunt, et eis litteras patentes dicti patris nostri de eisdem debitis liberarunt : Nos dictorum nobilium et aliorum indempnitati, quatenus juste possumus, providere volentes, vobis mandamus quod nobiles et alios, qui debita sua hujusmodi non vendiderunt, ut est dictum, in solucionem debitorum illorum, juxta formam ordinacionis predicte, mercatoribus qui emerunt debita hujusmodi, preferatis. Et cum contigerit soluciones fieri debere predictis mercatoribus de debitis eis sic venditis, tunc inquiratis qualiter et quomodo debita illa emerunt, et nos inde distincte et aperte reddatis cerciores, ut ulterius faciamus quod faciendum ordinavimus in hac parte; proviso quod de primis exitibus ducatus predicti, antequam soluciones alique fiant, penes vos tantum retineatis quod mille dolia

vini ad opus nostrum, pro expensis hospicii nostri in eodem ducatu, inde valeant provideri, et quod idem ducatus de exitibus ejusdem bene et sufficienter ante omnia custodiatur. Datum apud Westmonasterium, xv die martii (an. I).

XVII. (Vers 1308.)

REQUÊTE DE JOHN DE HASTINGS
AU PAPE,

Pour le maintien des droits du roi d'Angleterre sur les biens des Templiers en Guienne, lesquels biens avaient été remis aux mains d'administrateurs nommés par le pape. (Biblioth. Cotton. Julius, Ed. II, f° 154 v°. — Bréq. t. II.)

SUPER FACTO TEMPLARIORUM.

Supplicat sanctitati vestre Johannes de Hastinges, filius vester ab antiquo devotus, quod, cum bona Templariorum, in manibus domini sui regis Anglie et ducis Aquitanie nuper existentia, fuissent, ad sanctitatis vestre requisicionem, per dictum Guydonem Ferrere, militem, in officio suo precessorem, administratoribus per vos deputatis in illis, liberata, sub protestacione tali videlicet, quod dictus dominus rex Anglie, dux Aquitanie, utitur in dicto ducatu sicut fiscus, et ad ipsum pertinet confiscatio omnium bonorum incursorum ratione omnium criminum publicorum, et lese majestatis, et hereses, et aliis quibuscumque; et salvo et protestato quod si illustris dominus rex Francie liberaret verbo solum bona Templariorum que sunt in jurisdictione sua, vel aliquid juris retineret in eisdem, quod idem jus esset retentum domino regi Anglie et duci Aquitanie in ducatu predicto; et quod, si dictus dominus rex Francie obtineret aliquam gratiam vel jus de domibus, locis et bonis predictis, quod eadem vel simili gratia gauderet prefatus dominus rex Anglie, dux Aquitanie; et quod idem jus quod in liberacione domorum et bonorum que sunt in regno Francie facta vel facienda per dictum dominum

regem Franciæ, vel ipse dominus rex Francie aut ejus gentes retinebunt vel retinuerunt, idem jus seu simile retineret dictus dominus rex Anglie, dux Aquitanie : ac jam dicatur, quod dictus dominus rex Francie a sanctitate vestra reportaverit ut ipse vestris administratoribus possit aliquos de quibus confiderit, associare, et juxta concessiones hujusmodi quasdam certas personas associaverit vestris administratoribus antedictis : Ut placeat sanctitati vestre per apostolica scripta declarare, domus, dota et bona de ordine Templariorum infra ducatum existentia, quoad predicta, non debere sub generalitate hujusmodi comprehendi; cum in eventu, nisi hoc fieret, in magnum prejudicium dicti domini regis et ducis redundaret; et ita disponere ne per quoscumque administratores per dictum dominum regem Francie vel ejus nomine in bonis et rebus dictorum Templariorum in predicto ducatu existentibus, deputatos dicto domino regi et duci aliquod generetur; ac concedere dicto domino regi Anglie, duci Aquitanie, ut ipse administratoribus vestris aliquos possit in dicto ducatu, pro conservacione dictorum bonorum, ponere loco sui, vel aliter in premissis ordinare, secundum quod sanctitati vestre videbitur ad honorem sancte romane ecclesie, et quod non cedat in prejudicium vel exheredationem dicti vestri filii, domini nostri regis ac ducis.

XVIII.

(12 janvier 1308-9.)

LETTRE DE PHILIPPE IV, ROI DE FRANCE,

Par laquelle il ordonne que les biens des Templiers soient remis aux commissaires nommés par le pape pour en avoir l'administration. (Biblioth. Cotton. Julius, Ed. I, f° 155 v°. — Bréq. t. II.)

Philippus, Dei gratia Francorum rex, dilectis et fidelibus ducibus, comitibus, baronibus, senescallis, ballivis, judicibus, preposi-

tis, vicariis, castellanis et aliis justiciariis nostris ac quibuscumque aliis temporalitatem in regno nostro habentibus, nec non et super intendentibus negocio Templariorum et bonorum eorumdem, vel eorum loca tenentibus, salutem. Dudum volentes occurrere dissipationi et periculis que circa Templariorum bona in lumine apparebant, manum extendimus ad eadem pro ipsorum custodia, ne perirent; non intendentes Templariorum ordinem possessione vel proprietate dictorum bonorum privare, sed pro ipso ordine, si bonus reperiretur, vel pro subsidio Terre Sancte bona hujusmodi conservare; postmodum vero in (gratiam) sanctissimi patris in Domino Clementis, divina providentia sacrosancte romane et universalis ecclesie summi pontificis presentis constituti, de bonis predictis, ad ipsius requisicionem, manum nostram duximus amovendam, et eidem concessimus quod curatoribus seu administratoribus deputatis vel deputandis ab eo generaliter et a prelatis regni nostri videlicet, per quemlibet singulariter in diocesi sua nos dicta bona mobilia et immobilia que ceperamus et tenebamus, per gentes nostras et ministros, realiter et integraliter tradi faceremus; et nihilominus dictos curatores seu administratores per gentes nostras et ministros defendi et tueri faceremus, prout ad nos spectaret, cum necesse esset et per eos requisiti essemus. Quapropter vobis et vestrum singulis districte precipiendo mandamus quatinus, dicta bona mobilia et immobilia que cepistis ac tenetis, dictis curatoribus seu administratoribus, vel deputatis, seu deputandis a dicto summo pontifice et prelatis predictis, realiter et integraliter tradatis seu tradi faciatis indilate, ipsosque, prout ad quemlibet vestrum pertinuerit, tueamini et defendatis cum ab ipsis fueritis requisiti.

Datum Parisiis, XV die januarii, anno Domini M° CCC° VIII°.

XIX. (15 février 1309.)

LETTRE D'ÉDOUARD II, ROI D'ANGLETERRE,

A PHILIPPE LE BEL, ROI DE FRANCE,

En faveur de Jean de Saint-Paul, marchand de Bayonne, auquel Jean Paydrok, de Calais, avait fait dommage durant la trêve du temps d'Édouard I. (Rymer, supplément manuscrit, Ed. II, t. I. — Bréq. t. LXVIII.)

Excellentissimo principi, domino ac patri suo reverentissimo domino Philippo, Dei gratia regi Francorum illustri, Edwardus, ejusdem gratia, etc. salutem et felices ad vota successus. Vestram regiam magnitudinem requirimus attentius et rogamus quatinus, audita petitione Petri de Sancto Paulo, mercatoris nostri Bayonensis, super captione quorumdam bonorum suorum, tempore treugarum ante guerram Flandriensem, per Johannem Paydrok de Calesio in mari facta, et per eundem, coram auditoribus per vos et claræ memoriæ dominum Edwardum, quondam regem Angliæ, patrem nostrum, deputatis apud Monstrollium judicialiter et in scripturis confessata, de quibus auditores vestri prædicti satisfactionem debitam eidem Petro facere recusarunt, ut asseritur : eundem Petrum, pro quo nos alibi superius vos rogasse meminimus, in premissis favorabiliter et celeriter expedire vestra curet regia celsitudo.

Datum apud Langel, xv die februarii.

XX. (17 mars 1309.)

LETTRE DE PHILIPPE IV, ROI DE FRANCE,

ENVOYANT A ÉDOUARD II, ROI D'ANGLETERRE,

MATHIEU DE VARENNE,

Pour lui indiquer le lieu où se devait faire leur entrevue à la Pentecôte prochaine.
(Des liasses de la Tour de Londres. — Bréq. t. LXVIII.)

Phelippes, par la grâce de Dieu roy de France, à nostre très-chier, amé et féal fil Eduart, par cele même grâce roy de Angleterre, salut, et aveques amour paternel acroissement de grâce et de honnour. Nous (envoions) à vous nostre amé et féau chevalier Mathieu de Varennes, porteur de ces lettres, auquel nous avons chargiée nostre entencion et nostre volenté seur le lieu de la veue que se dut faire de nous et de vous as octaves de la Penthecouste prouchienne à venir. Si vous prions que audit chevalier vous créois en ce cas de ce que il vous dira de par nous, et que vous le metois à effet; et nous en rescrivez par ledit chevalier vostre entention et vostre volenté le plus hastivement que vous pourrois, selonc ce que ledit chevalier vous requerra. Donné à Paris, le lundi d'avant Pasques flories.

N. B. Copié sur l'original en parchemin. B.

XXI et XXII. (Vers 1309, 13 août.)

1°

LETTRE DE PHILIPPE IV, ROI DE FRANCE,

A ÉDOUARD II, ROI D'ANGLETERRE,

Pour requérir la restitution de 132 pièces de vin que des Anglais avaient enlevées par force sur un bâtiment qui les transportait de Gascogne à Caen.

2°

Renvoi de cette lettre par le roi d'Angleterre à son chancelier, avec ordre de faire prompte justice. (Des liasses de la Tour de Londres. — Bréq. t. LXVIII.)

Philippus, Dei gratia Francorum rex, carissimo filio nostro Edwardo, ejusdem gratia regi Anglorum illustri, duci Aquitanie, fideli nostro, salutem et dilectionem. Alias non semel, sed pluries, fecimus vos ac gentes vestras requiri ut Stephano de Fonte et ejus sociis, sudditis nostris, sexies viginti et duodecim vini dolia, que de partibus Vasconie ad villam nostram Cadomensem, per mare navigio faciebant conduci, queque per gentes et subditos vestros regni Anglie ab iisdem subditis, cum multorum aliorum illatione dampnorum, rapta more piratico fuisse noscuntur, faceretis sine custu et dampno ipsorum subditorum nostrorum debite restitui, quod facere non curastis. Unde, cum de raptu predicto constet liquidius, et quod raptum hujusmodi vestri subditi de regno Anglie commiserunt, requirimus vos attente quatinus vina predicta cum dampnis que occasione predicta ipsi nostri subditi sustinuerunt, eisdem nostris subditis faciatis cum debita celeritate restitui, et carissimo fratri nostro Ludovico, Ebroicensi comiti, cui inter alia presens negocium commisimus, respondere curetis quid super hoc facere inten-

datis ; credentes ei nihilominus in hiis que circa premissa vobis duxerit exponenda. Datum Parisius, die XIII augusti.

N. B. Copié sur l'original en parchemin. On lit au dos, d'une main anglaise, ce qui suit : *Mittatur ista littera cancellario Anglie sub privato sigillo regis, et mandetur sibi quod per brevia, sub magno sigillo regis, fieri faciat conquerentibus ceteris justiciæ complementum, etc.* B.

XXIII. (27 août 1309.)

LETTRE D'ÉDOUARD II, ROI D'ANGLETERRE,

A PHILIPPE LE BEL, ROI DE FRANCE,

Par laquelle il lui demande un sauf-conduit pour Frédéric, fils de Mainfroi, roi de Sicile, qui retournait d'Angleterre en Italie. (Rymer, supplément manuscrit, Éd. II, t. I. — Bréq. t. LXVIII.)

Excellentissimo principi, domino ac patri suo, domino Philippo, Dei gratia regi Francorum illustri, Edwardus, eadem gratia, etc. salutem et successus semper ad vota prosperos et felices.

Cum nobilis vir Fredericus, natus quondam Manfredi, regis Siciliæ, qui ad nos ad partes Angliæ nuper venit, jam sit ad dominum summum pontificem, pro quibusdam negotiis, accessurus : nos affectantes eundem Fredericum favoribus prosequi graciosis, celsitudinem vestram attente requirimus et rogamus quatinus, eundem Fredericum habentes, si placet, nostri intuitu specialiter commendatum, ei literas vestras de salvo et securo conductu per regnum et potestatem vestram concedere dignemini, cum ex parte ejusdem Frederici fueritis super hoc requisiti.

Datum apud Northampton, XXVII die augusti.

XXIV et XXV. (16 et 17 septembre 1310.)

1°

NOTE

De divers papiers remis au sénéchal de Ponthieu par les commissaires du roi d'Angleterre ;

2°

NOTE

De divers règlements portés par les mêmes commissaires sur les affaires du comté de Ponthieu. (Julius, Ed. I, f° 279.—Bréq. t. LXVIII.)

REMEMBRANCES DES CHOSES FAITES EN PONTIFS PAR LES COMMISSAIRES.

Dimenche, le XVI[e] jour de septembre, l'an de grâce M CCC X, à Abbeville, furent baillées au séneschal de Pontifs, par le conseil nostre seigneur le roy illoqes présent, lettres desouch escrites. C'est à saver, une lettre sealée des seals nostre seigneur le roy é madame la reyne, su leur assent au tretiz de peez et acord fait entre ledit séneschal é le consail de Pontifs, é le count de Drews, sur tuz contencious et débatz. En la queu busoigne assentu et compromis est par ledit séneschal é ledit counte en sire Pere de Gué, chivaler, é maistre Nicholes de Gaytone, clerk, si come en arbitres et amiables apésurs des touz débatz et contencious avant ditz é de touz boundes des uns feod et des autres, issint q'il dient, arbitrent et apèsent lesditz desbatz entre ci et la Tourseintz qe vendra en un an, ou devant la Pasch aprés suvant, si avant parfaire ne le puissent, é q'il recourrent à monseigneur Lowys de France ès cas où il se discorderont; é jureront personalement leditz séneschal é counte, de ferme-

ment tenir et garder, etc. souz peine de m livres parisis qi serront commise à cely qi contrevendroit à totes les foitz q'il le feroit, l'arbitrement demorant en son estat. E à ceo se sount obligeez, si come en lettres sealées des seals de Pontifs e deldit counte est plus plénèrement contenuz.

Item. Baillées furent aldit séneschal illoqes, mesme le jour, lettres sealées des seals nostre seignur le roy é madame la reyne, sur leur assent al tretiz de l'acord fait entre ledit séneschal é l'abbé de Vailloles, sur touz débat qe ount esté entre le counte de Pontifs é eux; la queu busoigne ne poeit estre chevie pur ceo qe ledit abbé estoit adonks loins hors du pays, à ceo q'om disoit; et fait assaver qe en icelles lettres est assentu qe les persones acordées pur treter desditz débatz, reportent au roy de France ceo q'il averont fait, issint qe par luy soit jugé et terminé.

Item. Baillées furent aldit seneschal lettres sealées desdit seals nostredit signur et dame, sur leur assent au tretiz de acord fait entre ledit séneschal et l'abbé de Longvillers, sur débatz qe ount esté entre le counte et eux; laquele busoigne demoert par la resoun devaunt assignée; ès quieux lettres est la clause devaunt escrite en la busoigne le counte de Aubemarle, chalengant par ses gentz chace en touz le bois de Cautaeré, pur ceo que, com un droit ne lour donne garenne sur autri terre, demaundé feust q'il mostrassent fait espécial, si l'eussent, pur ledit consile sur ladite cache; où respoundu fut q'il ne la mostreront avaunt q'il eussent sur ceo conseillé leur seignur. Quant as aquest q'il demandeient, ou assignement de la value ès lieux covenables, demaundé lur fut q'il déclarassent où ceux aquest fusisent, é hom les frait resoun; sur quei il voleint aussint lur seignur counseiller.

Item. Acordé est à la péticion monseigneur Thébaut de Pont de Remy, ke la maison Famethim, laquele il tint du bail sire Johan de

Banqwell, jadis séneschal de Pontifs, pur XL f. par an, il la tiegne al terme de sa vie, par meisme le chens, et eit sur ceo lettre desouz le seal du Pontifs.

Item. Le XVII jour de septembre, acordé est par le counte et le consail q'om face le profit nostre seignur le roy des counis en la chace de la foreste de Crescy. Et fait assavoir que tesmoignez est qe la chose purra valer XX livres par an, sanz nul damage faire.

Item. Endroit du boys hors d'Abeville, pur ceo que tesmoignez est par le consail que de CCC jornées q'il a illoqes de boys, que nul profit ne fount au seignur, dount chescune jornée peut estre mise à X fr. par an, si hom l'assartast é bausist la terre à ferme : acordé est qe le profit le seignur en soit fait; é pur ceo q'il est plus ésé à bones gentz de la ville qe à autres, q'il soit baillé à cenx asdites gentz, sauve au seignur la garenne, é q'il ne le puissent assarter ne clore.

Item. Le seignur de Novion, chalengé de trois porceus pris é tués en la foreste de Crescy, é sur ceo aresoné, respondi q'il ceo fit par le cungé Edmond Bourd, garde de la foreste, lequel Edmond avoua le cungé; par quei le counsail mit les amendes du trepas fait par ledit chalengé en suspens à sa volunté.

Item. Commandé est aldit Edmon q'il soit obéissant au séneschal de Pontifs, solonc la forme de l'ordenaunce faite é sealée, é q'il face bien sa garde, sanz utreer; é de ceo q'il n'ad esté obéissant é q'il, contre l'ordenance desusdite, dona cungé aldit seignur de courre en la foreste, le counte retient vers ly l'ordeinement des amendes é del punyssement.

Item. A les demandes qe luy Grauntz, jadis maire et eskevins d'Abeville, fesoient sur eux qui à présent tiegnent ceux estatz, endroit de certeines gentz mettre pur retenire les avenues de la ville, qui fuis-

sent responantz des dettes qe la ville doit, par vut ly héritage des Grauntz ne fuissent en péril ; é de ceo aussint qe touche la garde del comun seal : respondu est pur ceo q'il est tesmoigné qe le marie é ly eskevins se sount duement porté en l'un et l'autre, dount hom ne set mostrer le contraire, il ne semble mie q'om peut lur estat, quant as recortes ne à la garde du seal, changer.

Item. Le xvii[e] jour de septembre, comaundé est au maire é as eskevins de Abeville, qe, endroit des frotz de la ville qi sont al seignur, deferent son profit, é endroit de la moyté de la courberie de Abeville, qe est du droit le seignur, sur queux choses il empeschent le seignur et mettent débat, q'il se portent en tieu manière vers lour seignur q'il n'aveit damage ne occasioun de prendre à eux ; é qe endroit de reprendre Johan Lessop, clerk en la ville, il en facent taunt que plus grant damage ne y aviegne.

Item. Comandé est à mesmes ceux q'il facent tieu résoun des persones prises e mises en la garde le séneschal pur trepas fait à mestre Nicholas é au recevour, é puys restorer auditz meire et eskevins à lur prière, qe le seignur é les soens se puissent tenir aparé par réson. Et au séneschal comandé est q'il se face en lour défaute.

XXVI. (8 novembre 1310.)

LETTRE DU PAPE CLEMENT V,

A PHILIPPE IV, ROI DE FRANCE,

Au sujet de l'administration des biens des Templiers. (Biblioth. Cott. Julius, Ed. I, f° 155. — Bréq. t. II.)

Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie illustri. Dudum, ut securius in negotio Templariorum agenda procederentur, tibi

duximus concedendum quod, cum per nos universaliter et tui regni prelatos singulariter, certos curatores seu administratores bonorum ordinis Templariorum ipsorum ordinavissemus constitui, tu, si specialius de aliquibus personis considerares quas velles, cum eisdem administratoribus vel curatoribus, administrationi dictorum bonorum et custodie interesse, illas nobis vel certis prelatis, quibus ut ipsi, vel eorum aliquis, personas per te ad hoc nominandas, administratoribus seu curatoribus adjungerent supradictis, commisimus, adjungere et ponere procurarent; et demum iidem prelati certas personas super hoc eisdem administratoribus seu procuratoribus ad nominacionem tue magnitudinis adjunxerunt, de quibus, dilecte fili, nobilis vir Johannes de Hastings, senescallus Vasconie, nuper ad presentiam nostram accedens, querelam exposuit coram nobis, et nihilominus quandam super hoc supplicationem exhibuit, quam tibi mittimus presentibus interclusam. Cum itaque nos, dilectissime fili, carissimum in Christo filium nostrum Edwardum, regem Anglie illustrem, cujus idem senescallus officialis existit, in nostri pectoris intuitu præ multa dilectione portamus, tueque ad ipsum tanquam ad filium dirigi plene dilectionis sciamus affectum, et propter hoc, nedum quod nos actu quo ejus dissimulacione debeamus injurias, sed potius de sui honoris augmento tenemur sollicite cogitare : magnificenciam regiam rogamus et hortamur attentius quatinus sic prudenter in hiis tui consilii magnitudo provideat, sicque remedium adhibeat oportunum, quod nullum per illicitos actus administratorum hujusmodi per te nominatorum, dicto regi prejudicium generaretur in posterum; quin immo, actibus eisdem subductis, et, per hoc, causa hujusmodi querele sublata, honor et jura regis ipsius in hac parte absque lesionis macula conserventur. Datum Avinione, v id. novembris, pontificatus nostri anno quinto.

XXVII. (Vers 1310.)

ARTICLES

PRÉSENTÉS AU NOM DU ROI D'ANGLETERRE, DUC DE GUIENNE, AU ROI DE FRANCE,

Au sujet des appels des juges dudit duché à la cour de France, avec les réponses du roi de France à chacun de ces articles. (Julius, Ed. I, f° 312 v°. — Bréq. t. LXVIII.)

Significaverunt regie majestati gentes regis Anglie et ducis Aquitanie, quod, licet de antiqua consuetudine ab officialibus et subditis dicti ducis in dicto ducatu, passim in omni casu ad ejus senescallos, seu locum tenentem ducis ipsius in ducatu predicto, consueverint appellari, et per ipsos senescallos seu locum tenentem cognosci de appellationibus supradictis: appellaciones tamen appellancium ad vos seu curiam vestram Francie, omisso predicto medio, contra dictam consuetudinem, in dicti ducis prejudicium, per vos seu ipsam curiam noviter admittuntur.

Responsum in Pictavis III. art. :
Dominus rex non concessit istam; tamen mittetur, si velint, ad inquirendum qualiter sit usitatum.

Item, significaverunt quod, cum a senescallis, seu locum tenente dicti ducis in dicto ducatu, tam in causis predictarum appellacionum quam aliis de quibus principaliter cognoscunt, ad vos sive dictam curiam vestram Francie, solum in duobus casibus, videlicet defectu juris et iniquo seu pravo judicio, consuetum fuerit appellari et appellationes admitti per vos seu curiam supradictam; tamen ipsa curia vestra Francie appellationes emissas indifferenter, eciam in quibus-

cumque aliis casibus, a predictis de novo recepit in prejudicium dicti ducis.

Placet regi quod sciatur qualiter sit usitatum; et si volunt quod sciatur, respondetur eis sicut est in quodum parvo rotulo, in hunc modum :

« Il est otreié de grâce espécial audyt roi d'Engleterre, quant aus apeaus, que en la terre qui se governe par droit escrit é en la terre qui se governe par droit, om gardera le droit escryt; é en la terre qui se governe par costume, l'en n'apèlera que de défaut de droit et de faus justiement ou de tel gref excès qui soit hors de tote justice : c'est à entendre appèler de faus jugement, tote foiz que jugement se fra, é de défaute de droit, totes fois que li juges suficiaument requis ou sommez faudra de fere jugement, en cas où il afiert jugement à fere par la costume de la terre; é durera ceste grâce II ans; sauf ceo que, si acunz du pays se veut doloir que ceste grâce soit en son préjudice, pour cause suffizant q'il allégera, la court le roi de France en fra droit. »

Item, significaverunt quod, cum eadem vestra majestas regia inclite recordacionis domino Edwardo, regi Anglie, dum novissime venit ad partes Vasconie, in perpetuum concesserit quod, quandocumque a duce Aquitanie seu ejus senescallo in dicto ducatu, ad curiam Francie contingeret appellari, curia Francie, antequam in hujusmodi appellacione procederetur, per suas litteras dictos appellantes remitteret ad ipsius ducis examen, ita videlicet quod prefatus dux vel ejus senescallus infra tres menses a recepcione dictarum litterarum, emendarent et corrigerent id super quo fuerat appellatum; alioquin ex tunc dictus dux seu ejus senescallus denuo citarentur, et procederetur in appellacionibus supra dictis : tamen gentes vestre predicta non servant hujusmodi infringindo.

Non potest fieri sine injuria. Tamen fiet eis litteræ, si velint, secundum visionem sub hac forma factam in alio rotulo in gallico :

« Il est otreié au roy d'Engleterre que, si aucuns appellaunts enpètre adjornement en la cause d'apel au parlement venaunt, peut r'aler à la gent le roy d'Engleterre; é s'il veut le jour pendent é renuncier à son apel, é fere acord à la court du roy d'Engleterre é à partie, ou prendre droit et jugement, s'il le plest. É ne le porra du roi de Fraunce suir d'amende, pur ceo fere; sauf totes voyes que si la besoygne n'avoit pris fin par renunciacion, acort ou jugement dedeinz le jour assigné en parlement, si li apelauntz veut, la querele revendroit au parlement par fere droit come devaunt, entre touz ceux q'il porroit tocher. E durera ceste grâce jusques à x anz. »

Item, significaverunt quod, licet contrahentes coram officialibus et subditis dicti ducis jurisdictiones habentibus aut notariis ducatus ejusdem, in litteris seu cartis obligacionum concessis per dictos contrahentes, renuncient beneficio cujuslibet appellacionis et omnibus aliis exceptionibus, et super contentis in dictis cartis seu litteris, per tenorem ipsarum cartarum seu litterarum, pecierint et voluerint ad tenenda et complenda contenta in ipsis cartis se tanquam pro re judicata compelli, et exequcionem sine aliqua reclamacione fieri contra eos : tamen curia vestra Francie impediendo appellaciones appellancium factas ad differendum dictam exequcionem admittit, eciam si litere seu carte obligacionum predictarum essent sigillis dicti ducis, quibus utitur in illis partibus ad contractus, sigillate.

Non fiet, quia licet renunciaverint tempore contractus, tamen possunt debitores multas exceptiones per hoc, tempore exequcionis petito, proponere; que, si non admittantur, juste poterunt appellare.

Item, significaverunt quod, cum ex antiqua consuetudine de causis appellacionum interpositarum a curia dicti ducis, in casibus videlicet supradictis, in quibus ad vos seu curiam vestram Francie est solitum, aut aliis dictum ducem contingentibus, in parlamentis generalibus dicte curie Francie et non alibi cognosci et judicari consueverit: nec

appellantibus ad dictam curiam Francie per senescallum Petragoricensem, guardiatores nunquam, nec per ipsam curiam Francie, nisi raro, et tunc, premissa cognicione et ex grandi causa, consueverint deputari; nec senescallus Petragoricensis vel aliquis alius super hiis que post appellaciones attemptata dicuntur aut aliter in dicto ducatu, cognicionem aut jurisdictionem aliquam consueverit vel debuerit exercere, nisi per patentes litteras speciales dicte curie Francie; aliqua forsan exequcio committeretur eidem, de qua commissione per easdem litteras, aut earum copiam de verbo ad verbum, sub sigillo ipsius senescalli Petragoricensis, ante omnem exequcionem seu cognitiones dictis senescallo seu locum tenenti dictis in dicto ducatu, fides fieri consuevit; et aliter non petebatur senescallo Petragoricensi predicto (quod eciam vestra majestas regia fieri non debere, cum dictus senescallus Petragoricensis niteretur absque nostra, dato ad exequciones et cogniciones faciendas in ducatu predicto domino Edwardo tunc duci ad tollendum omne dubium, declaravit) : tamen idem senescallus Petragoricensis et alii senescalli vestri, absque aliqua commissione seu mandato speciali super hoc sibi factis, de eis que attemptata dicuntur, eciam priusquam appellaciones predicte per dictam curiam recipiantur, et super aliis sibi cognicionem usurpant et inhibent gentibus et subditis dicti ducis, et contra ipsos, nedum ipsis appellantibus, sed eciam adherentibus eis gardiatores concedunt, et eciam eos citant, sive ad citandum ipsos servientes mittunt in dicto ducatu; et nisi eis pareant, ipsos exbanniunt et multipliciter molestant contra jus et racionem, et in prejudicium dicti ducis, et eciam contra declarationem et consuetudinem supradictas.

Item, si aliquis apellet juste vel injuste ad dictam curiam Francie, et aliquis malefactor, ex favore quem habet cum ipso apellante, se dicat esse adherentem suum, licet comodum vel incomodum cause pro qua apellatur non pertinent ad ipsum malefactorem, idem tamen malefactor recipitur pro adherente, et sibi conceditur gardiator, sicut et appellanti contra dictam observanciam, in prejudicium dicti ducis;

propter quod sic adherentes se pretendunt exemptos a jurisdictione dicti ducis, quod est prorsus iniquum, cum ex hoc fiant auditores ad committendos excessus, eorum maleficiis, pretextu appellacionum et gardiatorum hujusmodi, remanentibus impunitis.

Litera fiet.

Item, plures malefactores, ut penas eis pro commissis maleficiis imponendas vitare possint, vel liberius alia valeant perpetrare, in vocem appellationis prorumpunt ad vos seu curiam vestram Francie, licet non aliquo dictorum casuum predictorum nec eciam alias, coram suo judice, sed in ecclesiis aut quadruviis ad hunc finem ut, exempti a jurisdictione dicti ducis, per dictum ducatum possint arena portare et subditos dicti ducis non appellantes dampnificare; contra quos sic appellantes senescalli dicti ducis non sunt ausi aliquid attemptare, nec eos cum arenis capere, quin petatur tanquam attemptatum in appellacionis prejudicium revocari, quod est in prejudicium dicti ducis.

Non fiet litera, quia responsum est sufficienter in arrestis antiquis de quibus non habent copiam.

Item, (cum) custodia nundinarum et itinerum in multis partibus dicti ducatus delinquincium, in eisdem cognicio et punicio ad dictum ducem et officiales suos pertineat ab antiquo; idem tamen dux, contra justiciam, in sui predicti juris exercicio sepius impeditur, eo pretextu quod unum ex dominis villarum in quibus dicte nundine tenentur, aut in quorum territoriis dicta itinera sita sunt, ad vos seu vestram curiam appellare contingit, eciamsi appellans hujusmodi non habeat nisi tricesimam partem in villis seu territoriis in quibus sunt itinera supradicta, nedum pro parte contingente dictum appellantem, sed eciam pro partibus omnium aliorum qui non appellaverunt nec eciam appellacioni predicte adheserunt.

Litera fiet.

Item, cum ex pluribus dominis unius castri, ville seu loci dicti ducatus, unum ad curiam vestram Francie appellare contingit, eciamsi appellans idem ultra partem tricesimam non haberet, tamen gentes vestre dictum ducem et ejus officiales seu subditos impediunt, pretextu appellacionis hujusmodi, quominus jurisdictionem suam valeat exercere, nedum in appellantem, sed omnes alios porcionarios, quamvis non appellaverint nec appellacioni adheserint supradicte.

Concordat cum proximo, et fiet sicut in proximo.

Item, cum de consuetudine observata in magna parte dicti ducatus, utpote Burdegalensi, Vasatensi, Aquensi, Bayonenensi civitatibus et dyocesibus, et pluribus aliis partibus ducatus ipsius, nullus nobilis aut innobilis, nisi baro forsan existeret, et tunc infra fines baronie sue, fortalicium edifficare valeat sine ipsius ducis speciali licencia et assensu; et aliquociens edificantes absque predicta licencia cohiberi contingat, juxta consuetudinem predictam, et ob hoc ipsos frequenter ad dictam curiam Francie appellare : senescallus Petragoricensis, de appellacione non cognito vel discusso in parlamentis Francie, sicut habet fieri de consuetudine supradicta, dat eis licentiam complendi dicta fortalicia in prejudicium dicti ducis.

Non fiat nisi de mandato curie.

Item, si judex juxta officium suum velit procedere ad faciendum exequcionem alicujus testamenti per aliquem facti, et ille ad quem bona pertinent appellat frustratorie, occasione appellacionis predicte inhibetur judici ne procedat ad exequciones testamenti, et sic non ducitur ad exequcionem sed potius frustratur voluntas defuncti, quod de jure et consuetudine debet minime tollerari.

Non est facienda littera quousque constet curie Francie utrum

bene vel male fuerit appellatum; ad quam curiam pertinet cognicio utrum bene vel male fuerit appellatum.

Item, significaverunt quod gentes vestre in quadam bastida Petragoricensis diocesis, que Sancti Ludovici vulgariter appellatur, nedum homines questabiles ad voluntatem et astrictos glebe dicti ducis seu subditorum suorum quorumcumque, recipiunt in burgenses dicte bastide et eos restituere dicto duci seu subditis, contra consuetudines dicti ducatus ac totius regni Francie, contradicunt; verum bajulus et officiales dicte bastide, ad instanciam dictorum hominum, et alios officiales et subditos dicti ducis coram se respondere compellunt, eorum bona capiendo in terra dicti ducis, ac personas sibi non parentes banniendo, et alia gravamina multipliciter inferendo.

Fiant littere quod non recipiantur questabiles ad voluntatem; et de aliis quod non gaudeant, nisi edificent et onerentur.

Item, significaverunt quod, cum ipse dux vel gentes sue per aliquem suum subditum requirantur quod super aliquibus rebus aut juribus possessis, nomine dicti ducis, viginti, vel trigenta seu pluribus annis pacifice et quiete, aliquibus de ipso conquerentibus, faciant per curiam dicti ducis, sicut fuit actenus consuetum, justicie complementum; et hujusmodi querelantes juste vel injuste ad curiam Francie appellare contingit : gentes vestre, non cognito nec discusso utrum legittime vel frivole fuerit appellatum, et alias, sine cause cognicione, quamvis gentes ducis prompte fuerint ipsis querelantibus, secundum terre foros et consuetudines justiciam exhibere, rem seu jura petita ad manum suam ponunt, ducem eumdem (quamvis, appellacione pendente, nichil innovare deberent in sua possessione predicta), contra justitiam molestando.

Fiat littera.

Item, significaverunt quod, cum sepe guerrarum periculis inter nobiles illarum partium et eis hinc inde paratis ad arma, ab officialibus dicti ducis, inhibentibus ipsis nobilibus ne guerris et armis hujusmodi ad invicem se offendant, et res contenciosas, juxta patrie consuetudinem, ad manum suam ponentibus, per ipsos nobiles ad dictam curiam Francie quandocumque frivole appellari contingat, licet gentes ipsius ducis eis offerant facere justicie complementum; tamen gentes vestre nedum appellaciones hujusmodi, que recipiendo non sunt velut interposite, ad malignitatis sue presidium recipiunt; verum eciam, eisdem appellantibus, propter quod manu tenetur eorum iniquitas, gardiatorem concedunt, qui, non incognito nec discusso de appellacione et ipsius justicia, nedum impediunt saizinam dicti ducis, verum eciam quandoque contingit quod eumdem ducem partem suam habentem in castris seu villis predictis, et de qua parte dicto duci nulla questio movebatur, quominus jure suo gaudere possit impediunt et perturbant; etsi contra sic frivole appellantes, et appellacionibus pendentibus, strages hominum et incendia perpetrantes, et domos et castra sua cum machinis ad invicem insultantes et destruentes, sicut patet per exemplum in dominis de Busseto et Agullione, diocesis Aginensis, ac multis aliis locis dicti ducatus per gentes dicti ducis, exigente justicia procedatur : ipsi tales malefactores sub velamine appellacionis hujusmodi, defendunt se cum armis contra gentes ducis predicti, quamvis seu vestra curia Francie dudum ordinavit quod tales appellantes contra gentes ducis predicti suum officium exercentes armis se non defendant; quod si fecerunt, curia vestra super hoc non defendet eosdem : sed si gentes ducis, appellatione pendente, excesserint contra eos, faciet eis super hoc emendam fieri vestra curia memorata; et nihilominus gentes vestre predicte processus gentium dicti ducis contra hujusmodi malefactores, quantumcumque rationabiliter habitos, per viam acceptatorum revocant et anullant contra jus et ordinacionem et consuetudinem memoratas, ex quibus homicidiæ, insidiæ, exercituum congregacio, et obsessio castrorum, depopulacio et con-

sumpcio patrie et alia mala plurima proveniunt, in magnum prejudicium dicti ducis et totius patrie supradicte.

N. B. Cette pièce ne porte point de date. Le lieu où elle est placée dans le cartulaire d'où nous la tirons fait présumer qu'elle est environ de l'an 1310, du temps d'Édouard II et de Philippe le Bel. B.

XXVIII. (Vers 1310.)

LETTRE DE PHILIPPE IV, ROI DE FRANCE,
A ÉDOUARD II, ROI D'ANGLETERRE,

Pour le prier, dans le cas où les habitants d'Ypres seraient forcés de prendre le parti des Flamands rebelles, qu'il ne cesse pas de les bien traiter comme étant toujours attachés à la France. (Des liasses de la Tour de Londres. — Bréq. t. LXVIII.)

Philippus, Dei gratia Francorum rex, magnifico principi Edwardo, eadem gratia regi Anglie illustri, filio nostro carissimo, salutem et felicium successuum incrementa. Cum comes Flandrie et nonnulli villarum Flandrensium se adversus nos in rebellione posuerint hiis diebus, dilectosque nostros habitatores ville Yprensis, qui inter ceteros aliarum villarum Flandrensium magis in nostra devocione juxta posse suum hactenus prestiterunt, si contingat eos cum aliis per oppressionem eorum poni in rebellione predicta contra nos, capi vel arrestari propter hoc non velimus vel eorum res et bona : dilectionem vestram rogamus quatinus dictos habitatores, eorum res vel bona existencia sub vestris districtibus, capi vel saisiri non permittatis occasione predicta, vel eos propter hoc quomodolibet molestari, cum speremus ipsos in nostra devocione firmos existere, licet se ponantur forsan cum aliis in rebellione predicta. Datum Compendii, die xxv julii.

N. B. Copié sur l'original en parchemin. L'écriture paraît du commencement du XIVe siècle. B.

XXIX. (Vers 1310.)

DEMANDES

FORMÉES PAR LE ROI D'ANGLETERRE, DUC DE GUYENNE,

Relativement au duché de Guyenne, avec les réponses du roi de France. — Demandes du roi de France avec les réponses du duc de Guyenne. (Julius, Ed. I, f° 294 r°. — — Bréq. t. LXVIII.)

A son très cher seignour le roi de France prye sez humble fyz Edward, roi d'Engleterre é duc de Guyayne, que la grâce que fu fete à son père le roy d'Engleterre à sa vye, c'est à savoir que, si ledyt son père ou son lutenaunt en duché escheyent ou estoyent convenentz en causes de apeaus fetz en la cour de Fraunce, ne encorussent peyne ne cheissent en forfeture, é que sauf li fust tot droit contre les appeaus qui cherroyent, é de renvoyer les apeaus à la court dudyt duc pour emender le jugement et pour fere droit, si défaute y estoit, dedeinz troys moys : si gârce de plener poer royau audyt Edward son fiyz é à ses heirs descendaunz de li é de dame Isabelle, sa chère compaygne, fylle dudyt duc nostre seigneur le roi de Fraunce, qui seront duc Guiayne, et que li tems III mois soit doublez à VI mois.

R. A cest premier article ne sera nule response taunt que l'en voye plenère obéissance en la duché de Guyayne.

Item. Que excès é désobéissaunces qui porroyent estre mys sus lui ou sus les ministres ou souzgetz, puis la darreyne pès, soyent quitez et relessez, é touz procès et défaute, si acun, à instaunce de qui q'il soyent, en sunt fetz ou grauntez, soyent repelé et anullé.

R. Li roi de Fraunce le peot fere quant à son droit, non pas quant

au droit d'autrui, é ne conseille l'om pas q'il le face des sogetz le roi d'Engleterre qui ne sunt ses ministres, mès que les nouns des sogetz soyent nemés, et les forfetz sus, si que le roi pusse savoir si il sur ceo porra ou vodra fere grâce ou non.

R. Le rois le fra quant au roi d'Engleterre; et de ses ministres, sauf le droit d'autrui de ses autres sogetz; le roi fra si cum desus est escryt.

Item. Q'il soit graunté au duc de Guiayne à touz jours q'il ne soit apelé au roi de France ne à sa court de nul jugge official ou ministre du duc de Guiayne, for de celi qui tendra généraument son lit au meyme duché.

R. Ce ne peot estre fet saunz peché et saunz fere tort aus sogetz des juges desquieus l'an a costume de auncienneté apeler saunz moyen en la court de France; més des autres desquieus l'en a costume de auncienté apeler au lutenaunt, le roi le fra.

Item. Que ens causes civiles ne soit apelé avaunt la définitive sentence, si ceo ne est ou cas ouquel le droit civils seoffrent que l'en apèle, ne que diffinitive sentence ne soit apèlé ou cas où apel est défenduz par droit escryt. Et si l'en apele autrement, que tieus apeaus ne soyent receuz par le roi de Fraunce ne par sa court; ne à tieus apeaus se front governer par droit escryt ou par costume, ensi que la fourme et le tems d'apeler ne se chaungent.

R. Ceo ne peot estre fet en terre qui se coverne par costume, saunz péché et saunz tort fere aus sogetz, desjuges desqueus l'en ad a costume de auncienneté à apeler saunz mayen, en la court de Fraunce. Le roi ne le fra pas de jugges des queus ad acostumé de ancienté apeler sanz moyen à la court de France; mès des autres desqueus l'en ad acostumé d'apeler au lutenaunt, le roi le fra. Aus somys, le roi ne le fra pas en la terre qui se governe par costume, kar il ne le porrait fere sanz péché; mès en la tere qui se governe par droit escryt, il le fra.

Item. Que ens causes de crime, si come est homicide, larrecin, robberie é autres crimes dont peyne de vie ou de membre doit ensuivre, l'en ne puisse apeler, kar ainsi est usez par les ministres et justiciers du roy de Fraunce; é pour ceo que par tieus apeaus mout d'omicides et d'autres malfets sunt demorez saunz punyssement, ceo ne peot estre fet saunz péché é saunz tort fere aux souzgetz en pays qui par costume se governe, si n'estoit en cas ou en custume fust tele; ne en païs qui se governe par droit escryt, sinon ou cas où droit defendroit tieus apeaus, meesmament de home d'estat, é de bone renomée; et de ribauds, larrons, murtrés é autres de mal renomée, desqueus ne seroit pas présumpcion, que par hayne ne pur ce leur les justiciast, est onkore périlleus; car que l'en pusse apeler d'un petyt héritage é non de la persone d'um home, semble que ceo seroit grand inconvénient.

R. Le roi ne le fra pas en pays qui se governe par costume si n'estoit en pays où costume fut tiele, ne en païs qui se governe par droit escryt, sinon en cas ens queus droitz escrytz defendroit tieus apeaus estre receuz, mesmement de persones d'estat ou de bone renomée; mès d'autres viles persones é de male renomée, si come desus est escryt, il le suffrira, si ne voit que ont melfeist de tiele suffraunce; laquele chose, si il poit savoir, et le repeleroit quant à touz.

Item. Que l'en ne puisse apeler de défaute de droit, si n'est en article de définitive sentence ou autre péremptoire ou grandament préjudicial; é que lors pour eschiver la subornacion é la fausseté des témoings, que ens ces cas mesmament soloit estre fetes. E pour refréner la malice des apelauntz, soit pourveuz remédie convenables. E semble que sur ceo porroit l'en tiel remédie mettre : c'est assavoir, que celi qui demaundra droit doint sa demande en escryt à celui qui tendra le lyt du duc de Guieyne. E cil mesmes lutenant doint aussi sa response en escryt, é sur ceo doint et soit tenuz à doner sa letre ouverte; et si il la devoit doner, que sur ceo soit fet instrument public par acun tabellion du pays où ces choses se frount.

E en cel instrument, soyent expressé en la meillore manère que fere se porra, le jour, le lu et l'oure, pour ouster tote fraude. E que la court de Fraunce ne graunte à nulle semonce par défaute de droit, si il n'apert par lettre au lutenaunt du duc ou par instrument public, qui conteigne la demande de la partye é la response du lutenant, é cum il là deyvé doner la letre que la response que le lutenant avera fete par défaute de droit. E que la court de Fraunce teigne dever soi cele letre ou cel instrument par reson duquel grauntera semonse sur défaute de droit, pour ceo que la partie ne pusse changier en la vérité du feit.

R. Cest article ne se peot fere en pays où l'en use de costume, ens cas où le jugge est tenuz de rendre droit en la provision desus escryte, porroit estre mout périlluse se li jugges de qui l'en apéleroit ne voloit guarder bonne foi ; é en la terre qui se governe par droit escryt, l'en apèle pas de défaute de droit, einz vient l'en au sovereyn par simples quereles, é le soverein mande à son féal que il face droit, ou il le fra en défaute de lui. Le roiz ne fra pas ceste requeste, car il ne porroit sanz tort fere et sanz péché en pays qui se governe par costume. E la provision desus escryte seroit mout périlluse aus sugetz, car li jugges se couroussent volunters quant om apele de eus. E bien doit suffire, car aussi porroit-il prover, é seroit receu à ceo, q'il eyent offert à fere droit, comme lur aversaire porront prover que en lur eyt défailli de droit fere. E en terre qui se coverne par droit escryt, ne vient l'en pas au sovereyn par apel de défaute de droit, mès par voye de simple querelle, é li sovereinz escryt à son soget q'il face droit, ou icil sovereinz le feroit en la défaute du soget.

Item. Que les apelans ne soyent exempts forz en la cause en quei il apèlerount.

R. En la terre que se governe par costume, ne peot estre fet sanz fere tort aus sogetz et sanz péché.

Ceste requeste, li roi, en la terre qui se governe par costume, ne fra pas ceo, car il ne porroit sanz tort fere aux sogetz e sans péché.

En la terre qui se governe par droit escryt, il le fra solom ceo que droit escrytz veut.

Item. Que les apelans ne eyent adhérentz quant à excepcion ne quant autre chose qui pust empescher la juridiction du duc de Guieyne.

R. Li roiz l'otroye, for en cas où la nature de la cause emporte aéraunce à lu; ou si li adérant n'estoit tiel que par la moleste que l'en lur froit, li apelaunt porroyent estre empêché de purseure lur apel, ausi come père enfaunt, sauve de l'apelaunt et de sa propre persone meyme, é personnes semblables desqueus fut grant présumcion q'il fussent grevé par reson de l'apel.

Item. Que li duc de Guieyne ou son lutenant duquel l'en apèlera ens causes ens queus il ne fra partye, ne soit tenu de pourseure lesdytes causes en la court de Fraünce, forz quant l'en li semblera; mès les parties les poursuent, si il quident bien fere.

R. Il ne se peot fere en terre qui se governe par costume sauns fere tort aux sogetz, si il ne voloyent que la sentence lur feist autiel préjudice come si ils y avoient esté. Li roiz ne le fra, ne le peot fere, sanz fere tort et sanz péché, en terre qui se governe par costume, s'il ne voloyent que la sentence lui feist autiel préjudice come s'il y estoyent apelé et fussent présent. E en la terre qui se governe par droit escryt, l'en lur gardera droit escryt.

Item. Que des causes des appeaus du duché de Guieyne soyt la terre où li apel se front governé par droit escryt ou par costume, connoysse l'en é jugge au comun auditoire de la court de Fraunce et non ailleurs, é par les greygnurs du conseill. E ens causes qui principaument tocheront le duc de Guieyne, par les pers de Fraunce.

R. Li rois otroye que ens cas qui tocheront le duc, soyent fet li justicement par le grant et commun conseill, é de partie à partie, si

come il est acostumé; mès que la court doyve estre garnie de pers, ce ne se doit ſere, for ens cas où il deyvent estre apelé.

Item. Que li lutenaunt du duc de Guieyne de qui l'en apèlera à la court de Fraunce, pusse assigner jour à l'apelaunt au procheyn ensuant parlament, é estre ce que la court de Fraunce ordeyne que certein tenz soit establit, dedeinz lequel li apelauntz pourchace é face mettre à exécution la somonce en la cause de l'apel, quant li lutenaunt du duc ne li avera asigné jour au parlement; autrement sera tenus pour non apellant.

R. Li roiz l'otroye, mès que li juges de qui il sera apelé doint jour au parlement au jour du duché é q'il y eit espace suffizaunt, é en doint sa lettre, et que li non venaunt aient tel damage cum il averoyent, si il estoyent semons par la court. Li termes dedeinz lequel li apelauntz doit enpétrer son ajournement est mys par là costume de la court, c'est assavoir dedeinz le prochein parlement, si il y ad assez de tens.

Item. Que chacun pusse à son apel, q'il avera ſet à la court de Fraunce, renuncier sanz licence é hors de ladite court.

R. Il est fesable de grâce, pourquoi li apelauntz le face de son bon gré.

Il plest au roi à fere de grâce à son fiz, si li apelauntz le face de son bon gré.

Item. Que aus apelaunts ou autres sogetz du duché de Guieine, li roiz de Fraunce ou sa court ne doint licence de porter armes en duché de eus ou lur lus garnir ou défendre encontre les justiciers ou ministres dudyt duc. E qui le contraire fra, n'eyt amende par la court de Fraunce ; kar par tiels licence sont avenus moud de maus en duché de Guieyne.

R. Li roy l'otroye en taunt come li ministres du roi d'Engleterre seront plenèrement obéissaunt ens apeaus, autrement non ; et que

li apelant et lour biens soyent exempts, si come ilz deveront par la costume, é que la partie adverse ne porte armes, si ceo ne soit en cas par quei il fust amys au roi, q'il dust doner le congé mesmement sur certeyn nombre.

Item. Que l'on doyt foi aux registres du duc de Guieyne sur les procès et jugementz qui y seront registrés, é aussi au lettres qui seront prises d'iceus registres é seront sealées du seal de ladyte court, lesquels seront monstrées en la court de Fraunce par une de les parties ens causes des apeaus; é que li lutenant du duc soyt tanus de faire bailler tieles letres dudyt seal à la partie qui li dimandera, pur ce que les apelants ne pussent chaunger ens procès et jugementz, come il ont fet au tens passé; é que les causes des apeaus pussent plus légèrement estre terminées.

R. Il plest au roi, més que de checune jornée la partie eit son procès soulz le seau del juge, ou si le registre se escrivoit de assentement des parties, ou si la partie ne voloit prover défaute de la court, o si elle ne voloit prover contraire vérité ou autre livre que l'escripture ne content; mès si partie voloit prover, si come est desus dyt, par tesmoynes contre les chosez ezcrytes, ne fussent receus for persones dignes de foy é en nombre suffizaunt.

Item. Que nulle cause soit oye ne receue en la court de Fraunce contre le duc de Guyeine ou ses sogetz par simple querele, mès taunt soulement par verai resort de apeau; car de ceo est la fraunchise des pers de France.

R. Il plest au roi, for ens cas ès quieus il y poent venir par la soveroineté li roi, en païs où l'en use de costume é en païs où l'en use de droit escrit, en cas de ladyte sovereyneté ou que droit escryt veot.

Item. Que les jugementz et arrêts de la court de Fraunce qui tocheront ledyt duc ou ses sogetz, lor soyent doné en escryt overte-

ment en la manère q'il soyent pronunciés et mys en registres de ladyte court.

R. Il est reson, et lur sera fet.

Item. Que les auditours des tesmoynes é autres exécutors doynent aus parties qui les requèrent, en escryt overt souz leur seals, lur parties sur totes les choses qu'il feront en ceo qui touche ledyt duc ou ses sugetz.

R. Il est fesable, sauf les déposicions des témoynes qui ne seront publiés. Il lur sera fet, sauf les déposicions des témoynes qui ne seront publiés.

Item. Que ledyt duc ou son lutenaunt ou ses souzmys ne soit tenuz de obéir aus séneschaus ou aus ministres du roi de Fraunce, si n'est pur espécial mandement de celi roi; lequel mandement il soyent tenus à monstrer.

R. Le roiz otroye ensi : c'est à savoir que l'en défendra aus séneschaus q'il ne le facent; non mye q'il doynent congé aus ministres du roi d'Engleterre q'il désobéissent, car il devent touzjours obéir, é est contre la costume des autres pers qui obéissent aus bailis et aus séneschaus, pour fere recréaunces pour mettre débatz en la mayn le roi, é ens cas de garde, é en défendaunt les apeaus, é en assignaunt jour au parlement. E ceste défense sera gardée, si le séneschal ou le lutenaunt ne le fesoyent pour périll aparissaunt ou pour cas de garde espécial, là où covient que s'il soyent gardé par les séneschaus é par les bailis, car autrement la garde vaudroit poi ou nient.

John Beaucham, Egidii filius, miles	10
Johannes Carewe junior, miles	15
Nigellus Loringe, miles	5
Ponnellus Rivers, miles	3
Reginald Chesthout, miles	9
Philippus Spencer, miles	14
Willelmus Granson, miles	17
Thomas Stawkeston, miles	49
Simo Basset, miles	6
Walterus de la Poole, miles	5
Hugo Calkyn de Flandria	5
Willelmus Marmyon, miles	10
Willelmus Wolford, miles gasconus	10
Petrus d'Espaine, miles	21
Total	10,345

XLVII. (1346.)

ÉTAT

DE LA FLOTTE ANGLAISE DEVANT CALAIS.

THE ROLLE OF THE SIEGE FLEETE OF EDWARD III, BEFORE CALICE, TO BE SEENE IN THE KINGES GREAT GARDROBE IN LONDON, WHEREBY APPEARETH THE WONDERFULL STRENGTHE OF ENGLAND BY SEA IN THOSE DAYES.

THE SOUTH FLEET.		HOMMES.	VAISSEAUX.
The King's	Shippes	//	25
	Maryners	419	//
London	Shippes	//	25
	Maryners	662	
Ailford	Shippes	//	2
	Maryners	24	//
Jhoo alias Morne	Shippes	//	2
	Maryners	24	//
Maidston	Shippes	//	2
	Maryners	51	//
Sandwich	Shippes		22
	Maryners	504	//
Dover	Shippes	//	16
	Maryners	336	//
Wighte	Shippes	//	13
	Maryners	220	//
Winchelsey	Shippes	//	21
	Maryners	596	//
	A reporter	2,846	128

		HOMMES.	VAISSEAUX.
	Report	2,846	128
Waymouth	Shippes	//	15
	Maryners	263	//
Lymme	Shippes	//	4
	Maryners	62	//
Seton	Shippes	//	2
	Maryners	25	//
Sidmouth	Shippes	//	3
	Maryners	62	//
Hoppe	Shippes	//	2
	Maryners	59	//
Newhith	Shippes	//	2
	Maryners	49	//
Margat	Shippes	//	15
	Maryners	160	//
Morve vel Morne	Shippes	//	2
	Maryners	22	//
Fenersham	Shippes	//	2
	Maryners	25	//
Exmouth	Shippes	//	10
	Maryners	293	//
Tegmouth	Shippes	//	7
	Maryners	120	//
Dartmouth	Shippes	//	31
	Maryners	757	//
Portmouth	Shippes	//	5
	Maryners	96	//
Plimouth	Shippes	//	26
	Maryners	603	//
	A reporter	5,462	255

		HOMMES.	VAISSEAUX.
	Report	5,462	255
Loo	Shippes	//	20
	Maryners	315	//
Yalme	Shippes	//	20
	Maryners	47	//
Howey	Shippes	//	47
	Maryners	770	//
Bristoll	Shippes	//	22
	Maryners	608	//
Tenmouth	Shippes	//	2
	Maryners	25	//
Hastinge	Shippes	//	5
	Maryners	96	//
Roumey	Shippes	//	4
	Maryners	65	//
Rye	Shippes	//	9
	Maryners	156	//
Hithe	Shippes	//	6
	Maryners	122	//
Shoreham	Shippes	//	20
	Maryners	309	//
Soforde alias Seforde	Shippes	//	5
	Maryners	80	//
Newmouth	Shippes	//	2
	Maryners	13	//
Hamouwlhook	Shippes	//	7
	Maryners	117	//
Jhoke	Shippes	//	11
	Maryners	208	//
	A reporter	8,295	415

		HOMMES.	VAISSEAUX.
	Report	8,295	415
Southampton	Shippes	//	21
	Maryners	576	//
Lemyngton	Shippes	//	9
	Maryners	159	//
Poole	Shippes	//	4
	Maryners	94	//
Warham	Shippes	//	3
	Maryners	59	//
Swanzey	Shippes	//	1
	Maryners	29	//
Ilfordoombe	Shippes	//	6
	Maryners	79	//
Padstowe alias Patrick Stow	Shippes	//	2
	Maryners	27	//
Polerwan	Shippes	//	1
	Maryners	6	//
Wadworth	Shippes	//	1
	Maryners	14	//
Kardiffe	Shippes	//	1
	Maryners	51	//
Bridgwater	Shippes	//	1
	Maryners	15	//
Caerumthen	Shippes	//	1
	Maryners	16	//
Cailcheswortii	Shippes	//	1
	Maryners	12	//
Mulbrook	Shippes	//	1
	Maryners	12	//
	Total de la flotte du sud	9,844	468

THE NORTH FLEET.

		HOMMES.	VAISSEAUX.
Bamburgh	Shippes	//	1
	Maryners	9	//
Walerich	Shippes	//	1
	Maryners	12	//
Hertilpoole	Shippes	//	5
	Maryners	145	//
Hull	Shippes	//	16
	Maryners	466	//
Ravensea	Shippes	//	1
	Maryners	27	//
Yorke	Shippes	//	1
	Maryners	9	//
Woodhouse	Shippes	//	1
	Maryners	22	//
Stockhith	Shippes	//	1
	Maryners	10	//
Barton	Shippes	//	3
	Maryners	30	//
Swyneflete	Shippes	//	1
	Maryners	11	//
Saliflete	Shippes	//	2
	Maryners	49	//
Grimesby	Shippes	//	11
	Maryners	171	//
Waynfleet	Shippes	//	2
	Maryners	49	//
Newcastle	Shippes	//	17
	Maryners	314	//
	A reporter	1,324	63

		HOMMES.	VAISSEAUX.
	REPORT	1,324	63
YARMOUTH	Shippes	//	43
	Maryners	1,950 or 1,075	//
DONWICH	Shippes	//	6
	Maryners	102	//
ORFORD	Shippes	//	3
	Maryners	62	//
GOFORD	Shippes	//	13
	Maryners	303	//
HERWICH	Shippes	//	14
	Maryners	383	//
IPSWICH	Shippes	//	12
	Maryners	239	//
MERSEY	Shippes	//	1
	Maryners	6	//
BRIGHTLINGSEY	Shippes	//	5
	Maryners	61	//
COLCHESTER	Shippes	//	5
	Maryners	90	//
WHITBANES	Shippes	//	1
	Maryners	17	//
MALDEN	Shippes	//	2
	Maryners	32	//
DERWEN	Shippes	//	1
	Maryners	15	//
WRANGLE	Shippes	//	1
	Maryners	8	//
LYNNE	Maryners	//	16
	Shippes	382	//
	A REPORTER	4,972	188

		HOMMES.	VAISSEAUX.
	Report	4,972	188
Blackney	Shippes	//	2
	Maryners	38	//
Scarborough	Shippes	//	1
	Maryners	19	//
Boston	Shippes	//	17
	Maryners	361	//
Swinhumber	Shippes	//	1
	Maryners	32	//
Barton	Shippes	//	5
	Maryners	91	//
	Total de la flotte du nord	5,513	214

THE SHIPPES AND MARYNERS OF STRANGERS IN THIS AYDE.

Bayon	Shippes	//	15
	Maryners	439	//
Spayne	Shippes	//	7
	Maryners	184	//
Irland	Shippes	//	1
	Maryners	25	//
Flanders	Shippes	//	14
	Maryners	133	//
Gelderland	Shippes	//	1
	Maryners	24	//
	Stra'gerns	805	38
	North-fleet	5,513	214
	South-fleet	9,844	468
	Whole totall of the three fleets	15,545	737

XLVIII.

TAXATION

DES HOMMES DE GUERRE AU SERVICE D'ÉDOUARD III.

The prince of Wales his dyet per diem	0^l	20^s	0^d
A duke for his dyet per diem a 13^s 4^d and if hee bee of the bloude royall, having in his company 300 horses, for every men und horse per diem a xii^d	15	13	4
A duke not beinge of the bloude royall, his dyet per diem a 13^s 4^d, and having in his company 200 horses for every man and horse per diem xii^d	10	18	4
An erle of the blood royall his dyet per diem a xiii^s iiii^d, and havinge in his company 200 horses, for every man and horse per diem xii^d	10	13	4
An erle not beinge of the bloude royall, his dyet per diem a 6^s 8^d and havinge in his company 100 horses, for every man and horse per diem xii^d	5	6	8
A vicount is allowed for his dyet per diem v^s, and having in his company 50 horses for every man and horse per diem xii^d	2	15	0
A baron is allowed for his dyet per diem a iiii^s, and having in his company 30 horses for every man and horse per diem xii^d	1	14	0
A knight for his dyet per diem a ii^s, and having in his company 10 horses, for every man and horse per diem xii^d	0	12	0
An esquir for his dyet per diem, beinge an esquir for the bodie a ii^s and having in his company 10 horses for every man and horse per diem à xii^d	0	12	0
An esquir for his dyet per diem a xviii^d and having in his company 6 horses for every man and horse per diem	0	7	6
A gentleman for himself and his servant per diem	2	0	0
For everie archer on foote, his dyett per diem	0	0	3
A maryner for his dyett per diem	0	0	3
A walthman on foote for his diet per diem	0	0	2
A page for a shippe per diem	0	0	1
Every archer on horse, vinteners of footemen standars, berers surgeons and criors beinge welchmen, every one per diem	0	0	4
TOTAL	49	15	3

THE NAMES OF THE GREAT PRINCES, NOBLEMEN ESTRANGERS BEINGE OF THE KING'S RETYNEWE AND PAY NOT BEINGE COMPRISED IN THE NOMBRE AFORESAID.

The emperour, to hinm delivered in prest a divers times for his wages	8,227[l]	0[s]	12[d]
To William, marquis Pollyon, for his wages and his men..........	8,962	10	0
To Reginal, duke of Gelders, for his wages and his men..........	4,512	0	0
To John, duke of Brabant, for his wages and his men.............	600	0	0
To William, erle of Henault, for his wages and his men..........	3,100	0	0
To the lord Frekemonde, for his wages and his men........	3,863	8	4
To Charles Marker brother to the Busshope of Lezigny, for his wages and and his men..	300	0	0
To Barletot erle of Boispice, marquis of Brandebourg and other knights esquirs strangers for their wages.........................	3,041	18	8
To Baldwin, archbusshop of Tryne, for his wages and his men......	606	0	0
To the archbushop of Magodoneux, for his wages and his men......	450	0	0
THE SOMME OF ALL THE PREST IS........	33,662	18	0

XLIX. (8 décembre 1346.)

LETTRES D'ÉDOUARD III,

A GUILLAUME DE CLYNTON, COMTE D'HUNTINGDON,

Par lesquelles il lui mande de le venir joindre avec trois cents gens d'armes et le plus d'archers qu'il pourra pour marcher contre les Français qui le cernent devant Calais. (*Rot. Vascon.* p. 2, an. 20, Ed. III, memb. 6. — Bréq. t. LVI.)

REX, dilecto et fideli suo Willelmo de Clyntonia, comiti Huntyngdonie, salutem. Quia inimici nostri de Francia jam in diversis turmis prope nos et exercitum nostrum villam de Caleys obsidentes, congregati, undique nos et dictum exercitum nostrum circumvallant ad invadendum et destruendum nos et exercitum nostrum predictum; per quod ad resistendum hostili aggressioni dictorum ini-

micorum, multo majori numero hominum ad arma, armatorum et sagittariorum, quam in presenti habemus, indigemus, prout nos necessitate ducti alias, tam per diversos nuncios nostros, quam jam per et fidelem nostrum Ricardum, comitem Armidellie, ea de causa per nos in Angliam destinatos, consilium nostrum in Anglia duximus certificandum : Nos, de vestris fidelitate et probitate confidentes, vobis in fide, ac ligeancia, ac dilectione quibus nobis tenemini, mandamus rogando quatenus, considerata presenti necessitate, vos cum ccc hominibus ad arma, armatis et sagittariis, quot de familia vestra et aliunde, juxta status vestri decenciam, habere poteritis, vos paretis; ita quod vos cum dictis hominibus vestris sitis apud Sandwicum, die lune proximo post festum sancte Lucie virginis proxime futurum, vel statim postea, de die in diem ad cicius quo poteritis, ita semper quod vos cum dictis hominibus vestris, bene munitis, sitis apud dictam villam de Sandwico, infra quindecim dies a dicto die lune ad ultimum, prompti et parati, ad transfretandum exinde ad nos, ad vadia nostra, una cum aliis fidelibus nostris tunc ad nos ex hac causa venturis. Equos vero aliquos, nisi tamen pro equitatura vestra et hominum vestrorum, et duccione armaturarum et rerum vestrarum usque ad Sandwicum, vobiscum ducere seu cum dictis hominibus vestris mittere non opportet ista vice. Et hoc, sicut nos, et honorem nostrum et vestrum, ac expedicionem nostram salvacionemque et defensionem dicti regni nostri Anglie diligitis, nullo modo omittatis; nolumus enim quod id, quod a vobis in presenti necessitate jam fieri petimus, vobis cedat in prejudicium seu trahatur in consequenciam in futurum. Teste custode (predicto), apud turrim Londonie, viii die decembris.

Per ipsum Regem.

Mandement pareil adressé, sous la même date, à Reginald de Grey. — Même volume de Bréquigny. C. F.

L. (20 octobre 1347.)

LETTRE D'ÉDOUARD III, ROI D'ANGLETERRE,

Par laquelle il nomme Guillaume de Salop, garde des coins de la monnaie de Caiais, et essayeur de ladite monnaie, enjoignant à qui il appartient de lui obéir en ces deux qualités. (*Rot. Franc.* an. 21, Ed. III, p. 2, membr. 1. — Bréq. t. XLI.)

Rex universis et singulis prepositis, castellanis, burgmagistris, scabinis, consulibus, majoribus, ballivis, officiariis, ministris et aliis fidelibus suis ad quos presentes litere pervenerint, salutem. Sciatis quod nos de fidelitate, sciencia et industria dilecti clerici nostri Willelmi de Salopia, plenam fiduciam optinentes, ipsum Willelmum custodem cuneorum monete, in villa nostra de Caleys cudende, et ad assaiam ejusdem monete quociens opus fuerit, ac ad omnia alia et singula ad officium illud pertinencia, facienda, quamdiu nostre placuerit voluntati, constituimus per presentes; vobis et cuilibet vestrum tenore presencium dantes in mandatis, quod eidem Willelmo, tanquam hujusmodi custodi cuneorum et monete assaiatori, prout moris est, sitis intendentes. In cujus, etc. Datum apud Westmonasterium, xx die octobris.

Per breve de privato sigillo.

LI.

(6 février 1348.)

LETTRE D'ÉDOUARD III,

Par laquelle il établit Guillaume de Salop, clerc, garde de la monnaie de Calais, avec injonction aux monnayeurs de la ville de faire la monnaie blanche pareille à celle d'Angleterre. (*Rot. Franc.* an. 22, Ed. III, membr. 19. — Bréq. t. XLI.)

Rex universis ad quos, etc. salutem. Sciatis quod nos, de circumspectione et industria dilecti clerici nostri Willelmi de Salopia plenius confidentes, ipsum custodem monete nostre in Calesia jam cusse et in proximum cudende constituimus per presentes; volentes et concedentes quod monetarii in dicta villa de Calesia conversantes seu morantes, talem monetam albam inibi cudere et facere valeant, qualis in regno nostro Anglie fit et cuditur, dum tamen dicta moneta ibidem sic cudenda, sit consimilis et ejusdem tam ponderis quam alaie cum moneta in dicto regno nostro jam cussa. Damus autem universis et singulis subditis et amicis nostris partium illarum, tenore presentium, in mandatis quod dicto Willelmo tanquam custodi monete predicte, in hiis que ad custodiam hujusmodi pertinent, intendentes sint, respondentes et auxiliantes; et dictos monetarios manuteneant et foveant in cussione et factura monete antedicte. In cujus, etc. Datum apud pallacium regis Westmonasterii, vi die februarii.

Per breve de privato sigillo.

LII. (20 février 1348.)

LETTRE D'ÉDOUARD III,

Par laquelle il accorde à Thomas d'Ursewyk la garde des scellés et passe-ports, concernant les vins venant de Gascogne qui arrivent de la Bretagne (*Rot. Vascon.* an. 22 Ed. III, membr. 38. — Bréq. t. LX.)

Rex omnibus ad quos, etc. salutem. Sciatis quod, ad requisicionem dilecti consanguinei et fidelis nostri Willelmi de Bohun, comitis Northamptonie, et pro bono servicio quod dilectus nobis Thomas de Ursewyk nobis impendit et impendet in futurum, concessimus ei custodiam sigillorum et brevium que in Britannia, nomine ducis Britannie, dominis et magistris navium vinis in partibus Vasconie carcatarum, contigerit liberari; habendam quamdiu proficua eorumdem sigillorum et brevium in manu nostra, ratione custodie Johannis ducis Britannie, fuerint; percipiendo tantum quantum alii ante hec tempora pro eodem officio perceperunt; ita tamen quod idem Thomas, de exitibus et proficuis de sigillis et brevibus predictis provenientibus, fidelem compotum nobis reddat, prout decet.

In cujus, etc. Teste Rege. Apud Westmonasterium, xx die februarii.

N. B. Mandement en conséquence adressé à Jean Wanwayn, connétable de Bordeaux, daté : *ut supra* : — *Per breve de privato sigillo.* B.

LIII.

(1er mai 1348.)

LETTRE D'ÉDOUARD III,

Par laquelle il confirme tous les priviléges et libertés des échevins et des habitants de la ville d'Alloue. (*Rot. Vascon.* an. 22, Ed. III, membr. 31. — Bréq. t. LXI.)

Rex omnibus ad quos, etc. salutem. Attendentes dispendia et gravamina que dilecti et fideles nostri scabini, Communitas et habitatores de Alewe, per frequentes hostiles aggressus inimicorum nostrorum parcium illarum, qui parentes et vicinos suos nequiter interfecerunt, et domos suas, cartas et scripta pro majori parte combusserunt, ac alia bona sua tam mobilia quam immobilia consumpserunt, ratione adhesiōnis sue parte nostre et obediencie nobis per ipsos facte, hactenus sunt perpessi et in dies paciuntur; volentesque proinde ac ratione boni gestus sui in servicio nostro, et ne ipsi super privilegiis, seu libertatibus, aut bonis consuetudinibus suis, quibus ipsi et eorum antecessores, scabini et habitatores loci predicti, temporibus retroactis, rationabiliter usi sunt et gavisi, de cetero inquietari valeant vel molestari : eadem privilegia, libertates et consuetudines prefatis scabinis, Communitati et habitatoribus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, tenore presencium duximus confirmanda; volentes et concedentes quod prefati scabini, Communitas et habitatores, privilegia, libertates et consuetudines predicta habeant et exerceant, et eis plene gaudeant et utantur, prout ipsi eis uti debent, et ipsi et eorum antecessores predicti eis rationabiliter uti et gaudere consueverunt. Damus autem preposito nostro loci predicti, qui nunc est vel qui pro tempore fuerit, tenore presencium, in mandatis quod ipse predictos scabinum, Communitatem et habitatores ab inquietacionibus et molestacionibus

hujusmodi, eis per servientes nostros vel alios quoscumque de cetero inferendis, protegat et conservet, prout decet.

In cujus, etc. Teste Rege. Apud Westmonasterium, primo die maii.

Per ipsum Regem et Consilium.

LIV. (28 mai 1349.)

MANDEMENT

D'ÉDOUARD III, ROI D'ANGLETERRE,

Pour faire frapper de la monnaie à Calais. (*Rot. Franc.* an. 23, Ed. III, memb. 8. — Bréq. t. XLI.)

DE MONETA IN VILLA REGIS CALESIE FACIENDA.

Rex dilectis et fidelibus suis, capitaneo villæ nostræ Calesiæ et aliis de consilio nostro ibidem, salutem.

Mandamus vobis quod talem monetam in villa prædicta, qualem pro majori commodo et utilitate ac quiete populi nostri ejusdem ville et partium vicinarum de nostris obediencia et amicitia existentium, fore videritis necessariam et oportunam de novo ordinari, cudi et fieri; et monetam illam cursum ibidem ad pactum inde per vos statuendum habere, faciatis. Et hoc prout expedit proclamari faciatis.

Teste Rege. Apud Wodestok, xxviii die maii.

Per billam Thesaurarii.

LV.

(1er janvier 1349.)

LETTRE D'ÉDOUARD III, ROI D'ANGLETERRE,

AUX CAPITAINE ET BAILLI DE CALAIS,

Par laquelle il leur mande de lever trois deniers par tête, pour faire réparer les murs et le port de ladite ville, sur tous ceux qui viendraient s'y établir ou qui s'en retireraient. (*Rot. Franc.* an. 22, Ed. III, membr. 1. — Bréq. t. LVI.)

Rex dilectis et fidelibus suis, capitaneo et ballivo ville sue de Caleys, salutem. Quia per Nos et Consilium nostrum ordinatum existit quod quilibet tam Anglicus quam quivis alterius nationis, cujuscumque status seu conditionis fuerit, exceptis hiis qui de libertate dicte ville aut alias de municione ejusdem ville testificati fuerint, ad villam ipsam declinans seu aliunde recedens, tres denarios pro capite, unum videlicet pro muragio ville illius, et duos denarios in emendacionem reparationis portus ibidem, persolvat : vobis committimus et mandamus quatinus hujusmodi tres denarios ex nunc de quolibet ad dictam villam se divertente, et ab eadem recedente (nulli in hac parte, exceptis hiis qui de dictis libertate et munitione testificati fuerint, ut premittitur, parcendo), per illos quos ad hoc deputaveritis colligi et levari, et in muragium dicte ville ac emendationem portus ejusdem, in forma predicta, apponi faciatis. Teste Rege. Apud Westmonasterium, primo die januarii.

Per breve de privato sigillo.

LVI.

(24 février 1351.)

PRIVILÉGES

ACCORDÉS PAR ÉDOUARD III,

Aux habitants de Bayonne au sujet de leurs vins. (Rymer, supp. t. IV, n° 150.—Bréq. t. LXXX.)

Edwardus, Dei gracia rex Angliæ et Franciæ, et dominus Hiberniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Volentes dilectos et fideles nostros Majorem, Juratos, Centum Pares et Communitatem civitatis nostræ Baione, pretextu boni servicii sui nobis et progenitoribus nostris hactenus impensi et imposterum impendendi, favore prosequi gratioso : volumus, et eis, pro nobis et hæredibus nostris, concedimus per præsentes quod ipsi et eorum hæredes et successores, cives civitatis illius, hanc habeant libertatem perpetuis temporibus duraturam : videlicet quod, si vina ipsorum Majoris, Juratorum, Centum Parium vel hæredum aut successorum suorum, civium civitatis illius, aut eorum alicujus, infra regnum nostrum Angliæ vel alibi infra dominium et potestatem nostra adducta vel adducenda ad opus nostrum vel hæredum nostrorum, per aliquos ministrorum nostrorum vel hæredum nostrorum, emi, capi seu provideri contigerit : nos vel hæredes nostri de pretio eorumdem vinorum, ad opus nostrum vel hæredum nostrorum, sic emptorum, captorum seu provisorum, infra quadraginta dies a tempore captionis eorumdum proximo sequentes, satisfieri faciemus competenter; dum tamen custumam debitam inde solvant ut debebunt. Nolumus autem quod de vinis dictorum Majoris, Juratorum, Centum Parium et Communitatis vel alicujus civis ejusdem civitatis, per alios quam per ministros nostros vel hæredum nostrorum, quicquam contra voluntatem suam de cetero capiatur, nisi statim sol-

vatur precium pro quo inter emptorem et venditorem concordari contigerit, vel alias eis inde fuerit debite satisfactum.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste Me Ipso. Apud Westmonasterium, xxiiii die februarii, anno regni nostri xxv.

LVII. (24 février 1351.)

AUTRES EXEMPTIONS DE DROITS,

ACCORDÉES PAR ÉDOUARD III,

Aux habitants de Bayonne commerçant en Angleterre. (Rymer, supp. t. IV, n° 150. — Bréq. t. LXXX.)

Edwardus, Dei gratia rex Angliæ et Franciæ, et dominus Hiberniæ, omnibus ad quos presentes literæ pervenerint, salutem.

Sciatis quod, cum nuper ad prosecutionem dilectorum et fidelium nostrorum Majoris, Juratorum, Centum Parium et Communitatem civitatis nostræ Baione, nobis supplicantium ut concives suos, mercatores et subditos nostros civitatis illius, regnum nostrum Angliæ causa negotiandi excercentes, a solutione trium denariorum de libra, quos mercatores extranei et alienigene nobis de bonis et mercimoniis suis infra dictum regnum nostrum adductis et de eodem educendis solvere tenebuntur, quietos esse faceremus; per literas nostras patentes, concesserimus eisdem mercatoribus et subditis nostris quod ipsi, infra idem regnum nostrum, hanc haberent libertatem quamdiu nostre placeret voluntati duraturam, videlicet quod de solutione hujusmodi trium denariorum de libra, de bonis et mercimoniis suis quæ ipsos infra idem regnum nostrum ducere seu de eodem educere contingeret, exonerati essent penitus et quieti, prout in literis nostris prædictis plenius continetur : Nos ad grata et utilia obsequia quæ iidem Major, Jurati, Centum Pares et Comunitas nobis et progenitoribus nostris non sine laboribus et sump-

tibus onerosis multipliciter impenderunt et in dies impendere non desistunt, in fidelitate nostra et domus nostræ regiæ magnanimiter persistentes, considerationem habentes; et proinde volentes eis uberiorem gratiam facere in hac parte, volumus et per præsentes concedimus, pro nobis et hæredibus nostris, prefatis Majori, Juratis, Centum Paribus et Comunitati, quod ipsi et eorum concives, mercatores et subditi nostri de civitate prædicta, et eorum singuli ac eorum hæredes et successores cives et mercatores civitatis illius, infra dictum regnum nostrum Angliæ, hanc habeant libertatem perpetuis temporibus duraturam, videlicet quod de solutione trium denariorum de libra de bonis et mercimoniis suis, quæ ipsos vel eorum aliquem infra idem regnum ducere seu de eodem educere contigerit, sint in perpetuum exonerati penitus et quieti.

In cujus rei testimonium, has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste Me Ipso. Apud Westmonasterium, XXIIII die februarii, anno regni Angliæ vicesimo quinto, regni vero Franciæ duodecimo.

LVIII. (10 mai 1353.)

1°

LETTRES DE GRACE,

ACCORDÉES PAR ÉDOUARD III,

A Auger de Montaut, seigneur de Mussidan, Soldic de Preysac, et plusieurs autres, au sujet de la mort de Guillaume Aramond de Madallian.

2°

PAREILLES LETTRES DE GRACE,

Pour Étienne De la Porte, Guillaume de Brolliac et autres. (*Rot. Vascon.* an. 28, Ed. III, memb. 13. — Bréq. t. LXXVI.)

Rex universis et singulis senescallis, constabulariis, castellanis, prepositis, majoribus, ballivis, officiariis, ceterisque ministris in

ducatu nostro Aquitanie constitutis, salutem. Sciatis quod, de gracia nostra speciali et pro bono servicio quod Augerius de Monte-Alto, dominus de Muyshidano, Soldicus de Preyshaco, Amanenus de Pomeriis, Seguinus de Muyshidano et Gualterus de Longo-Vado, milites, nobis in ducatu nostro predicto impenderunt et impendent in futurum, perdonavimus eisdem, Augerio Soldico, Amaneno, Seguino et Gualtero sectam pacis nostre quod ad nos pertinet, pro morte Guillelmi Aramondi de Madalhano, unde indicati, accusati seu appellati existunt; ac eciam bannimenta, si que in ipsos ea occasione fuerint promulgata, et firmam pacem nostram eis inde concedimus; ita tamen quod iidem Augerius, Soldicus, Amanenus, Seguinus et Gualterus stent recto in curiis nostris, si aliquis alius versus eos loqui vel prosequi voluerit de morte predicta. In cujus, etc. Teste Rege. Apud Westmonasterium, x die maii.

Per ipsum Regem.

Consimiles litteras regis de perdonacione habent Stephanus de Porta, Guillelmus de Brolhaco, Reymundus de la Borda, Guassianus Doyre, Guillelmus de Sentor, et Petrus, camerarius Seguini de Muyshidano, pro morte dicti Guillelmi Aramondi, sub eadem data.

Per ipsum Regem.

LIX.

(18 août 1353.)

LETTRES D'ÉDOUARD III, ROI D'ANGLETERRE,

Rendues pour la sûreté des navires qui faisaient le commerce de vin entre la Guyenne et l'Angleterre. (Rymer, suppl. Ed. III, t. VIII, n° 50. — Bréq. t. LXXVI.)

DE NAVIBUS ARESTANDIS.

Rex vicecomitibus, majoribus, dominis, magistris et marinariis, navium ballivis, ministris et aliis fidelibus suis ad quos, etc. salutem.

Quia, ut pro certo didicimus, dampna quamplurima subditis nostris, a tempore treugarum inter nos et adversarium nostrum Ffrancie ultimo initarum, inferuntur, et quod piratæ et alii inimici nostri se tenent supra mare in diversis locis ad insidiandum navibus de dicto regno nostro Angliæ, versus partes Vasconie, in præsenti seisona vindemiarum, et ad alia loca transituri, ad mala que poterunt nobis et nostris perpetranda : Nos, volentes salvationi navigii dicti regni nostri, ne per inimicos nostros destruatur, providere, assignavimus dilectos nobis Robertum de Ledred et Willielmum Walkelate, servientes nostros ad arma, conjunctim et divisim, ad arestandas omnes naves in aqua Thamisie et singulis portubus et locis abinde, versus partes occidentales, infra libertates et extra, versus partes Vasconie, pro vinis ibidem querendis, paratas et parandas; et illas naves quas, inter exteriorem partem insulæ, vecte versus occidentem et civitatem nostram Londonie inveniri contigerit, usque locum de Calcheford prope insulam prædictam; et omnes alias hujusmodi naves a dicta insula versus occidentem usque portum de Plimmuth, cum omni celeritate, sub salvo conductu duci facienda, ita quod sint ad loca predicta in crastino nativitatis beatæ Mariæ Virginis proxime futuræ, ad proficiscendum exinde, cum de salvo conductu earumdem eundo et redeundo duxerimus providendum, et domini et magistri earumdem super hoc ex parte nostra fuerint præmuniti et ad sufficientem securitatem de eisdem dominis et magistris de essendo cum navibus illis ad loca prædicta, ad diem prædictum, sicut prædictum est, recipienda. Et ideo vobis, sub forisfactura omnium quæ nobis forisfacere poteritis, mandamus firmiter injungentes quod eisdem Roberto et Willielmo, et eorum alteri, in præmissis faciendum intendentes sitis, consulentes, auxiliantes et respondentes, quotiens et prout ipsi vel eorum alter vobis et cuilibet vestrum scire fecerint vel fecerit ex parte nostra.

In cujus, etc. Teste Rege. Apud Wodestok, XVIII die augusti.

Per ipsum Regem.

Rex vicecomitibus, majoribus, etc. *ut supra*, *usque* « ibi providere » *et tunc sic* : assignavimus dilectos nobis Thomam Dantre et Robertum de Appelby, servientes nostros ad arma, conjunctim et divisim ad arestandas omnes naves ab ore aquæ Thamisiæ versus partes boriales, infra libertates et extra, usque Berewicum super Twedum, versus partes Vasconiæ, pro vinis ibidem querendis, paratas et parandas; et naves illas usque locum de Calchefort, prope insulam Vettam, cum omni celeritate sub salvo conductu duci facienda, ita quod sint ad locum prædictum in crastino nativitatis beatæ Mariæ Virginis proxime futuræ, etc. *ut supra, mutatis mutandis.*

In cujus, etc. Teste, *ut supra.*

LX.

(16 janvier 1354.)

LETTRES D'ÉDOUARD III, ROI D'ANGLETERRE,

Par lesquelles il ordonne au commandant de Calais de relâcher les vaisseaux français qu'il avait fait arrêter, et de s'aboucher avec le maréchal de France (Jean de Clermont) pour apaiser les plaintes dont se chargeaient réciproquement les marchands des deux nations. (Rymer, suppl. Ed. III, t. VIII, n° 68. — Bréq. t. LXXVI.)

DE NAVIBUS ET BONIS APUD CALESIAM ARESTATIS DEARESTANDIS.

Rex dilecto et fideli suo Reginaldo de Cobham, capitaneo villæ sue Calesie, salutem. Cum nuper accipientes per certificationem vestram quod Johannes de Laundas, tunc locum tenens marescalli Ffrancie, per vos requisitus ut, super dampnis et injuriis mercatoribus regni nostri Angliæ per Gallicos illatis, debitum justitiæ complementum fieri faceret, justitiam aliquam super reformatione dampnorum et injuriarum prædictorum facere non curavit, pro defectu justitiæ vobis mandaverimus quod omnia bona et mercimonia ho-

minum et mercatorum de Ambianis, de Sancto-Walerico, Bolonia de Sancto-Omero, Abbevilla, et de Cretoye, et aliis villis et locis de potestate Ffrancie, quæ infra districtus vestros inveniri contingeret, arestari et salvo custodiri faceretis, quousque aliud a nobis inde habueritis in mandatis; et quia jam nobis significastis quod Arnaldus d'Audenhan, nunc marescallus Ffrancie, vos certificavit quod omnibus mercatoribus et aliis regni nostri Angliæ per Gallicos dampnificatis, super dampnis et injuriis sibi illatis, justiciæ debitum facere est paratus, dum tamen dampnificatis ex parte altera facere velimus illud idem : Nos, ea de causa et ad supplicationem dilecti consanguinei et fidelis nostri Henrici, ducis Lancastriæ, vobis mandamus quod statim, visis præsentibus, omnia naves et bona omnium mercatorum et aliorum hominum de villis prædictis et aliis locis de potestate prædicta, una cum attilio navium earumdem quæ, post recessum prædicti ducis, a dicta villa Calesie, virtute mandatorum nostrorum vobis directorum aut alia de causa, arestari feceritis , sine contradictione et dilatione aliquibus, dearestari, et ea, illis quorum fuerint adeo integre, sicut arestata fuerunt, sine aliquo pro discarcatione vel hospitatione bonorum eorumdem vel aliquibus aliis sumptibus, inde petendo vel solvendo, liberari faciatis, quibuscumque mandatis vobis inde directis aut allegationibus seu exceptionibus inde proponendis, non obstantibus. Et in casu quo vina seu bona aliqua per vos sic arestata expendita, vendita, elongata vel alias consumpta fuerint, debita satisfactio, per illos per quos vina seu bona illa sic expendita, vendita, elongata seu alias consumpta fuerint, statim fiat, et ad hoc per vos compellantur; et insuper, ad certos diem et locum per vos et dictum marescallum statuendos, conveniatis, et super præmissis colloquium habeatis ut, tam mercatoribus nostris quam partis adversæ, super dampnis et injuriis hinc et inde illatis, debitum et festinum fiat justitiæ complementum; ita quod ex parte nostra defectus non inveniatur quovis modo.

Datum apud Westmonasterium, XVI die januarii. Per ipsum Regem.

Eodem modo mandatum est ballivis et scabinis ejusdem villæ, mutatis mutandis, sub eadem data, excepta clausula *et insuper ad certos, etc.*

LXI. (1er décembre 1354.)

LETTRES D'ÉDOUARD III,

Par lesquelles il exempte les monnayeurs de Guyenne de toutes taxes, tailles et contributions. (*Rot. Vascon.* an. 28, Ed. III, membr. 1.—Bréq. t. LXXVI.)

Rex omnibus ad quos, etc. salutem. Volentes quieti et tranquillitati operariorum et monetariorum nostrorum in ducatu nostro Aquitanie, ut circa operacionem et cussionem monetarum nostrarum liberius intendere valeant, possidere (providere) : concessimus pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, operariis et monetariis super operacione et cussione monetarum nostrarum in dicto ducatu commorantibus, quod ipsi de omnimodis centesimis, quinquagesimis, quadragesimis, vicesimis, quintisdecimis, decimis et aliis quotis, taxacionibus, tallagiis, contribucionibus, et aliis oneribus quibuscumque super ipsos operarios et monetarios, dum monetis nostris sic cudendis continue intenderint, racione hostis, cavalcatus aut alterius cause cujuscumque ex nunc imponendis vel assidendis, nobis aut ministris nostris seu aliis prestandis, exonerati sint penitus et quieti, et quod iidem operarii et monetarii super dictis operacione et cussione monetarum continue residentes, in omnibus casibus, nisi in casu criminis, coram preposito monetarum predictarum et non alibi, placitent et placitentur; prout monetarii nostri, tam in regno nostro Anglie quam in dicto ducatu, de hujusmodi quotis et oneribus quieti esse, et coram custode sive preposito monetarum nostrarum, et non alibi, excepto casu criminis, placitari et

placitare ante hec tempora consueverunt. In cujus, etc. Datum in palacio nostro Westmonasterii, primo die decembris.

Per ipsum Regem.

LXII. (6 décembre 1354.)

LETTRES D'ÉDOUARD III,

Confirmatives de ce qui avait été réglé par le sénéchal de Guyenne concernant la paye des monnayeurs d'Aquitaine. (*Rot. Vascon.* an. 28, Ed. III, membr. 1. — Bréq. t. LXXVI.)

Rex omnibus ad quos, etc. salutem. Sciatis quod, cum nobilis vir Ffranco Vanhale, nuper senescallus noster Vasconie, pro dissensionibus et debatis super solucionibus stipendiorum faciendis, operariis et monetariis nostris in ducatu nostro Aquitanie sepius motis, sedandis et tollendis, stipendia certa operariis et monetariis nostris in dicto ducatu constitueret percipienda; videlicet, cuilibet operario monete nigre vel albe, ad marcam per ipsum operatam, excepto auro, tres denarios; et cuilibet monetario hujusmodi monete nigre vel albe, ad libram per ipsum cussam, auro excepto, tres denarios sterlingorum, de cuneo nostro Londonensi, vel valorem inde in alia moneta, prout in litteris nostris sigillo curie nostre Vasconie consignatis, vidimus plenius contineri : Nos ea que per dictum Ffranconem, ut præmittitur, facta sunt accceptantes, volumus et concedimus quod quilibet operarius noster, ad marcam monete albe vel nigre per ipsum operatam, excepto auro, tres denarios ad sterlingum; et quilibet monetarius noster ad libram monete albe vel nigre per ipsum cusse, preter aurum, similiter tres denarios ad sterlingum de cuneo nostro Londonensi, vel valorem inde in alia moneta, pro stipendiis suis percipiat, juxta constitucionem ipsius Ffranconis

supradictam, quandiu nostre placuerit voluntati. In cujus, etc. Datum in palacio nostro Westmonasterii, sexto die decembris.

Per ipsum Regem et Consilium.

LXIII.

(8 juillet 1355.)

LETTRES D'ÉDOUARD III, ROI D'ANGLETERRE,

Sur les précautions à prendre contre l'invasion qu'il craignait de la part des Français.
(Rymer, supp. Ed. III, t. VIII, n° 79. — Bréq. t. LXXVI.)

DE PROCLAMATIONE DE NAVIBUS AD TERRAM TRAHENDIS.

Rex, majori et ballivis ac toti Communitati villæ de Suthamptonia salutem. Quia, ut pro certo didicimus, inimici nostri Ffranciæ cum galeis et navibus in multitudine non modica proficiscuntur ad navigium nostrum comburendum et destruendum, et idem regnum, si poterunt, invadendum, et incendia, homicidia et alia facinora pro viribus perpetranda: Nos, volentes salvationi regni et navigii nostrorum providere, ut tenemur, vobis precipimus firmiter injungentes quod statim, visis præsentibus, omnes naves in portu villæ prædictæ et locis vicinis existentes, ita prope terram sicut poteritis trahatis; et aliquas naves extra portum et loca prædicta, nisi bene et sufficienter muniantur, ad flotam nostram seu alibi supra mare proficisci non permittatis; et vos ipsos, quanto potentius poteritis, pro defensione villæ predictæ et partium adjacentium, muniatis et paretis, ne in vestri defectum dictis villæ, navigio et partibus, ex hujusmodi inimicorum aggressibus, periculum, quod absit, imineat aliquale, per quod materiam habeamus ad vos ex hac causa capiendi. Teste Rege. Apud Westmonasterium, VIII die julii.

Per ipsum Regem et Consilium.

Consimilia brevia diriguntur, subscriptis nominibus pluribus, quæ hic exscribere supervacaneum duximus.

LXIV. (16 juillet 1355.)

LETTRE D'ÉDOUARD III,

AU CONNÉTABLE DE BORDEAUX,

Par laquelle il lui mande de faire estimer et marquer les chevaux que le prince de Galles aurait à acheter. (*Rot. Vascon.* an. 29, Ed. III, membr. 5.—Bréq. t. LXXVI.)

Rex constabulario suo Burdegalensi, qui nunc est vel qui pro tempore fuerit, salutem. Cum mittamus ad partes ducatus nostri Aquitanie dilectum et fidelem nostrum Edwardum, principem Wallie, ducem Cornubie et comitem Cestrie, filium nostrum carissimum, quem capitaneum et locum nostrum tenentem in ducatu predicto constituimus : vobis mandamus quod omnes equos quos per dictum principem et magnates in comitiva sua existentes, pro obsequio nostro in eisdem partibus emi contigerit, et qui juxta morem guerre appreciandi fuerint, appreciari certoque signo, ut est moris, signari faciatis, ut sic haberi possit noticia eorumdem. Et de eo quod inde feceritis, reddatis nos in garderobam nostram Anglie, distincte et apte, sine dilacione, certiores. Datum apud Northflece, xvi die julii.

Per ipsum Regem.

LXV. (1er juin 1357.)

CONFIRMATION,

PAR ÉDOUARD III, ROI D'ANGLETERRE,

De la garde de divers châteaux de Normandie en faveur de Simon de Newynton. (*Rot. Franc.* an. 31, Ed. III, membr. 11. — Bréq. t. XLI.)

Le Roi, etc. saluz. Come n'ad gaire eussons fait et establi nostre bien amé Symon Newynton chastelleyn et gardeyn de Saint-Sauveour-le-Viscount, et totes autres chastelx, villes closez et forteretz qe furent à Godefrey de Haricourt en ledit duché (de Normandie), etc. si avons derechef comis et establi mesme celui Symon chastelleyn et gardien de villes, chastelx et forteretz avanditz, à tenir par nous et en noun de nous, donantz à lui plein pouir d'y mettre et establir gentz d'armes à nos gages. En tesmoignance de quele chose, etc. Doné en nostre paleys de Wesmonster, le primer jour de juyn.

N. B. Extrait de l'Histoire civile et militaire, comté de Caen, élection de Valognes. B.

LXVI. (4 juillet 1357.)

LETTRE D'ÉDOUARD III, ROI D'ANGLETERRE,

ENJOIGNANT

A HENRI, DUC DE LANCASTRE,

De lever le siége de Rennes. (*Rot. Franc.* an. 31, Ed. III, membr. 12. — Bréq. t. LX.)

Le Roi, à notre amé et feal cousyn, Henry, duc de Lancastre, capitaine, et notre lieutenant en la duché de Bretaigne, salutz.

Por ce que hon nous a raportée qe plusieurs gentz d'armes et autres sont envoiez ou ordenez à envoier de par les Franceis, pour lever le siége que vous avez mis et tenu longement environ la cité de Renes en Bretaigne, et secourir ladite cité; et qe, du mandement de nous et de notre très-cher aisné filz Edward, prince de Gales, capitene, et notre lieutenant en notre duché de Guiene, contenent que vous levessiez ledit siége, vous ne l'avez pas encore levé, dont nous nous mervoillons moult et nous en desplait grantement; et por ce aussi que ledit siége, si plus longement demoroit devant ladite citée, pouroit estre cause et occasion de enfraindre les trêves prises et accordez sur espérance d'acort final et perpetuele paix entre nous et notre adversaire, et par conséquent pouroit être empeschement de ladite paix et acort; certain acort a esté faite entre nous et notredit filz et ceux de notre conseil d'une part, et notredit adversaire et ceux de son conseil, d'autre part, sur le fait de la cité et du siége dessusditz; c'est à savoir que les gentz d'armes et autres qi sont ou seront envoyez pour lever ledit siége et secourir ladite ville, notredit adversaire fera retraire issint qu'ilz ne peussent porter damage ne déshoneur à vous ne az gentz ou adhérents de votre partie, en corps ne en biens, mais s'en départiront du tout sans repairer devers vous; et de ce notredit adversaire s'est fait fort, et se ils ne sont unqores envoiez audit lieu de Renes, notredit adversaire les fera souffrir et cesser d'y aller, come dit est, et pour ce y envoyera persones notables; et ce fait dedentz huit jours, à compter du jour que les messages de notredit adversaire auront fait retraire lesdits gentz d'armes et autres, et ont fait cesser d'y aller, vous léverez ledit siège et ferez départir tous les gentz d'armes et autres qui y sont, sauns porter damage à ladite ville ne aillours ou pouwer et obéissance de notredit adversaire; et nous et notredit filz nous sommes faits fortz que, les huit jours dessusditz passez, sans plus attendre, vous lèverez ledit siége et ferez départir vosditz gentz par la manière que dit est; et aussi est accordé que durantz le huit jours dessusditz, depuis ce que lesdites gentz d'armes et autres seront retraiz, come dit

est, vous et vos gentz lasserez et souffrerez paisiblement les gentz de ladite ville eux avitailler et pourchasser de vivres du leur, et sour le leur, por leur nécessitez, jour par jour, saunz y mettre aucum empeschement : Si volons et vous mandons, sur l'amour, foi et la loialté que vous nous devez, si chier come vous avez la bonne paix et acort d'entre nous et notredit adversaire, et si chier come vous doubtez encourir nostre idignation, que l'accort dessusdit vous faciez et accomplissez en la manière que dessus est escript, en levant votre siége et faisant départir vos gentz, come dit est, sans fraude et sanz mal engin.

Donné en notre palais de Westmonster, le quarte jour de juyl.

LXVII. (27 mai 1358.)

SAUF-CONDUIT

ACCORDÉ PAR ÉDOUARD III, ROI D'ANGLETERRE, A JEAN, VICOMTE DE ROHAN, PRISONNIER DE THOMAS DE HOLLAND.

(*Rot. Franc.* an. 32, Ed. III, membr. 13. — Bréq. t. LX.)

Rex, universis et singulis vicecomitibus, majoribus, ballivis, ministris, constabulariis, castellanis et aliis fidelibus suis in terra et in mari ad quos, etc. salutem. Sciatis quod, cum nobilis vir Johannes, vicecomes de Rohan, prisonarius dilecti et fidelis nostri Thome de Holand, usque ad insulas nostras de Gernezeye, Jereseye, Serk et Aureneye, ad tractandum cum eodem Thoma de redempcione sua, de licencia nostra sit venturus : suscepimus ipsum Johannem ac eciam Johannem, dominum de Pulcro-Manerio, Guidonem de Rocheford, Guidonem de Rohan, milites; Jocellinum de Rohan et Galfridum de Rohan, clericos; Johannem de Rohan, Guillelmus de Capella et Guillelmum de Quebriac, armigeros; nec non sex alios armigeros de so-

cietate sua, veniendo cum equis, rebus, hernesiis et bonis suis ad ipsum Thomam, in insulas predictas ex causa predicta, ibidem morando ac exinde ad propria redeundo, in proteccionem et defensionem nostram specialem nec non in salvum et securum conductum nostrum. Et ideo vobis mandamus quod eidem vicecomiti aut militibus, clericis et armigeris predictis, veniendo in insulas predictas ex dicta causa, ibidem morando vel exinde redeundo, in personis, equis, bonis aut rebus suis quibuscumque, non inferatis nec, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittatis in terra nec in mari injuriam, molestiam, dampnum, violenciam, impedimentum aliquod seu gravamen. Et si quid eis vel eorum alicui in personis, bonis aut rebus suis forisfactum vel injuriatum fuerit, id eis et eorum cuilibet sine dilacione debite reformari et corrigi faciatis. In cujus etc. Usque ad ultimum diem junii proxime futurum duraturas. Datum apud Westmonasterium, XXVII die maii.

Per Consilium.

LXVIII.

(18 août 1359.)

LETTRES D'ÉDOUARD III, ROI D'ANGLETERRE,

A SON LIEUTENANT DANS LE DUCHÉ DE BRETAGNE,

ET AUX OFFICIERS DE VANNES,

Par lesquelles il leur mande d'autoriser les habitants de ladite ville à lever les droits accoutumés pour la réparation de leurs murs. (*Rot. Franc.* an. 33, Ed. III, pars 1, membr. 8. — Bréq. t. LX.)

Rex, capitaneo et locum nostrum tenenti in ducatu Britanniæ, ac officiariis ville Venetensis, salutem.

Mandamus vobis quod cives et habitatores ville predicte emolu-

menta proveniencia pro latomis et carpentariis de parochiis dicte ville consueta, habere et precipere permittatis in auxilium reparacionis murorum predictorum.

Datum apud Westmonasterium, xviii die augusti.

LXIX.

(8 août 1359.)

LETTRES D'ÉDOUARD III,

A RALPH DE FERRERS, CAPITAINE DE CALAIS,

Par lesquelles il lui mande de laisser les bourgeois de cette ville vaquer librement à leur commerce. (*Rot. Franc.* an. 33, Ed. III, pars 1, membr. 8.—Bréq. t. LVI.)

Rex, dilecto et fideli suo Radulpho de Ferrariis, capitaneo ville nostre Calesie, salutem.

Ex parte dilectorum nobis burgensium ville predicte nobis est graviter conquerendo monstratum quod, cum ipsi de mercandisis suis tantummodo vivant, et temporibus omnium capitaneorum ejusdem ville in regnum nostrum Anglie et alibi, pro mercandisis suis querendis, ire et ad dictam villam Calesie redire consueverint, absque impedimento quocumque, vos et ministri vestri ipsos burgenses quominus extra villam predictam, pro mercimoniis suis querendis, proficisci et alias libertatibus suis eis per nos concessis uti poterunt, impetitis jam de novo in ipsorum burgensium dampnum non modicum et gravamen; super quo iidem burgenses nobis supplicarunt sibi per nos remedium adhiberi. Nos, considerantes moram predictorum burgensium nobis et eidem ville multum utilem existere, ac volentes eo pretextu ipsos burgenses, ut ad morandum in eadem villa magis animentur, favore prosequi gracioso : vobis mandamus quod ipsos burgenses extra villam predictam in dictum regnum nostrum Anglie et alibi, ubi expedire viderint, pro mercandisis

suis querendis et ad dictam villam ducendis, per vices dimissis in eadem villa aliis loco suo pro municione ejusdem sufficientibus, libere et absque impedimento ire, et libertatibus eis per nos concessis, juxta formam carte nostre sibi inde facte, uti et gaudere permittatis, prout temporibus aliorum capitaneorum ejusdem ville facere consueverunt. Datum, *ut supra* (apud Westmonasterium, VIII die augusti).

LXX. (10 mars 1360.)

LETTRE D'ÉDOUARD III,

Par laquelle il permet à tous les habitants des duché et comté de Bourgogne et du bailliage d'Isle-en-Champagne de commercer durant un an dans toutes les terres de son obéissance, en payant les droits accoutumés. (*Rot. Franc.* an. 33, Ed. III, p. 3, membr. 1. — Bréq. t. LXXVI.)

R. à touz noz subgez foialz et obéissantz qi cestes lettres verront, saluz. Savoir vous fesons que come bones et loïales trieves et soeffrances de guerre soient accordez par entre nous, noz subgiz, aidantz, adhérentz, et obéissantz, et nostre cousin le duc de Bourgoigne, pur lui, sa duchée et contée de Bourgoigne, et pur son bailliage d'Isles-en-Champaigne, et pur toutes les personnes habitantz et demorantz en yceulz duchée, contée, baillage, à durer par trois ans : nous avons ottroié et ottroions par le tenour des présentes audit duc que, jusques à un an comancent à Pasques prochein venant, les subjiz des avant ditz duchée, contée et bailliage, aiantz et portantz vraies lettres de tesmoignage, souz le seal dudit duc, qu'ils soient ses vraies subgiz des avantditz duchée, contée et bailliage, puissent salvement et seurement mener et faire mener par eawe ou par terre, selonc ce que leur plerra, par tout le roialme de France et

aillours où bon leur semblera, leur bleez, vins, seel et laynes, pur vendre ou en faire lour profit; si que toutefoiz pur leurdites marchandises et bien qu'ils mèneront ou ferront mener par terre ou par eawe, par les passages, chastealx, forteresces et garnisons qui jà sont et en après serront en nostre possession et obéissance, ils y paient les péages, devoirs et custumes anciennes; et aussi pur chescun tonel de vin q'ils mèneront et feront mener par les eawes d'Yone ou de Seyne, par les destroitz et passages des chastelx et forteresces qui jà sont ou en après serront en nostre possession ou tenuz et occupez de par nous, ils y paient de fait tant seulement une foiz à celui ou ceulx qui de par nous y serront establiz : c'est assavoir à un desdits chastelx et forteresces, durant ledit temps, un denier d'or au mouton, et pur chescun dipe ou vessel contenant la moitié de tieu tonel, la moitié de tieu denier d'or au mouton; et pur sis tonels de blés, un mouton; et pur deux tonels de seel, un mouton. Et parmy paiant les péages, devoirs et custumes anciennes et les autres imposicions et péages dessusditz, ils passeront franchement et quitement avec lour vins, bleez, seel et laynes par tous les destroitz, chastelx et for teresces qui sont et serront en nostre possession, comme dit est. Et par ces présentes et pur la susdite cause, les avons pris et prenons en nostre sauf et seur conduit; mandantz et commandantz à tous noz foialz subgiz et obéissantz que les marchantz et subgiz des avantditz duchée, contée et bailliage, et leur vins, bleez, seel laynes, et toutes les personnes, vessealx, chivaux et hernois qui les mèneront, soeffrent et laissent paisiblement et franchement, par paiant et acomplissant les imposicions, péages et devoirs desusditz, passer, repasser, arrester, séjourner partout là où il leur plerra, en menant ou fesant mener les biens et marchandises susnomez, retourner vers leur pays, sanz les prendre, arrester, destourber ou empescher, et sanz leur faire ou donner en corps ou en biens aucun mal, damage ou grevance. Et pur ce que cest présent original ne peut pas partout estre portez ne monstrez à chescun, il nous plest et volons que ès lettres de nostredit cousin le duc où cestes soient encorporez, foi soit ad-

joustée des choses dessusdites, et en soit fait à tant et tiele obéissance, come il apartiendroit à faire à l'original de ces présentes, si elles feussent monstrez. En tesmoignance de quele chose nous avons fait faire cestes noz lettres patentes à durer par un an entier, comancent à Pasqes prochein à venir. Doné souz nostre grant séal, à la ville de Guillon en Bourgoigne, le x[e] jour de mars l'an avantdit (l'an de nostre règne de France vynt primer et d'Engleterre trente quart.)

LXXI. (27 juin 1360.)

OFFRANDES

FAITES PAR JEAN II, ROI DE FRANCE,

Dans l'église de Saint-Paul à Londres. (Madox collect. t. LXII, f° 65. — Bréq. t. LXXVI.)

Memorandum quod in hac die sabbati, videlicet v° Kalend. julii, anno Domini MCCCLX, dominus Johannes, rex Francie, visitavit ecclesiam Sancti-Pauli Londonensis, ubi, contra adventum suum, locus cum cortinnis et pannis sericis juxta magnum altare ex parte boreali parabatur. Et audita missa, celebrata ibidem per decanum, accessit ad tumbam sancti Eik et ibi offerebat XII nobiles; et deinde ad Annunciacionem, et offerebat XII nobiles; et deinde ad Crucem borealem, et ibi offerebat XXVI florenos nobiles. Et in primo suo adventu, ad magnum altare offerebat super altare IIII pannos aureos; et in audiendo missam, offerebat post offertorium decano celebranti V florenos nobiles, divisos inter dictum decanum et Johannem de Lytlyngton, minorem canonicum tunc ebdomadarium. Et his factis, intravit domum capitularem, et ibi dedit L florenos nobiles, dividendos inter ministros ecclesie.

rari, et coram vobis, ad certos dies et loca quos videritis magis competentes et expedientes et pro populo nostro minus dampnosos, omnes homines in patria commorantes, per quos arraiatio et munitio hujusmodi melius fieri et compleri poterunt, venire et vocari faciatis et eos arraiari, armari et muniri; et eos sic arraiatos et munitos in arraiatione hujusmodi teneri faciatis; et insuper signa vocata *Bekyns* poni faciatis in locis consuetis, per quæ gentes patriæ de adventu inimicorum nostrorum poterunt congruis temporibus præmuniri, et eosdem homines sic arraiatos et munitos, cum periculum imminuerit, in defensione regni et patriæ prædictorum, de tempore in tempus, tam ad costeram maris quam alia loca ubi magis necesse fuerit, duci faciatis; ita quod, pro defectu defensionis, arraiationis sive ductionis dictorum hominum, vel per negligentiam vestram, dampna patriæ prædictæ per inimicos nostros amodo non obveniant ullo modo, pro posse vestro.

Damus autem universis et singulis comitibus, baronibus, militibus, majoribus, ballivis, constabulariis, ministris et aliis fidelibus et ligeis nostris comitatus prædicti, tam infra libertates quam extra, tenore præsentium, firmiter in mandatis, quod vobis et cuilibet vestrum in omnibus et singulis præmissis faciendis et explendis intendentes sint, consulentes et auxiliantes; et tibi, præfato vicecomiti, quod ad certos dies et loca quos ad hoc ordinaveritis venire faciendos coram vobis, omnes illos in comitatu prædicto, per quos arraiatio, assessio et ordinatio melius poterunt fieri et compleri, et illos quos pro rebellione sua capi et arrestari contigerit, in prisona nostra custodias, sicut prædictum est. In cujus, etc. Teste Rege. Apud Westmonasterium, XXII° die maii.

Per Concilium.

N. B. Il y eut plusieurs autres lettres de la même date adressées à divers seigneurs d'Angleterre pour le même sujet. B.

CLXXVI.

(18 octobre 1407.)

LETTRE

ÉCRITE DE BORDEAUX

A HENRI IV, ROI D'ANGLETERRE,

Touchant les progrès des Français dans ses possessions en Guyenne, et la nécessité d'y envoyer promptement du secours. (Biblioth. Harl. n° 431, f° 103. — Bréq. t. LXXIX.)

Domine mi Rex ac Serenissime Princeps,

In multis scripturis legi quod principes terre consueverunt libentius audire adulatores quam veraces, seu veritatis revelatores : supplico ante omnia quod non sitis de illis, sed grate audiatis humiles reprehensores, sicut in commendationem multorum principum antiquorum recolo me legisse; et descendendo ad specialia, Serenissime Princeps, quid per alios hactenus scriptum est Majestati vestre, de negociis hujus vestri ducatus Aquitanie, non indagarem nec indagare propono, sed bene firmiter mente teneo quod ego, per meas multiplices litteras, vestram Celsitudinem informavi, non solum de hiis qui occurrerant, ymo etiam de hiis que tunc probabiliter indicandum erat ventura fore, sicut evenerunt usque nunc, de malo in pejus; et sicut inferius subjiciam; sumus nunc prope conclusionem totius negocii, nisi Vestra Altitudo succurrat.

Quid enim fecistis, vel qualem succursum prebuistis, vel consilium? Vestra Altitudo non ignorat; et quia, ut dixi, adulari non propono, sciatis quod etiam populi non ignorant, immo palam et publice loquuntur ac intrepide obloquuntur, dicentes : Rex noster, princeps tanti nominis, tanteque prudentie, tanteque fortitudinis et potencie, nos fidelissimos suos in faucibus hostium suorum laniandos dereliquit; et subdunt : Si scivissemus a principio hujus guerre quod

nollet nos defendere vel non posset, forsan redemissemus tempus et dies malos; sed confidenciam habuimus, sicut debebamus, in litteris et verbis suis regiis, propter que sperabamus non posse deficere.

Certum est, Serenissime Princeps, quod plures vestre littere regie ad has partes pervenerunt continentes quod, si opus esset, etiam personaliter ad has partes vos transferretis, vel saltem unum ex illustribus filiis vestris cum potestate magna mitteretis; et quia ista nec eorum aliqua viderunt per effectum, loquendo cum debita reverencia dolent, suspirant, atque clamant, positi quasi in ultimo diffidencie gradu, coguntur etiam numerum admirari, ignorantes causam propter quam eorum succursus sic est retardatus, et non verentur expresse dicere formaliter hec verba : Rex noster tanti nominis tanteque prudentie, ut supra dictum est, nonne recordatur de juramento quod in sua coronatione præstitit? Non considerat ad quid dominus vassallo aliisque subditis obligatur? et si recordatur, quare non observat? Nec opinantur potestatem vobis deficere saltem omnimodo; et subdunt : Et si Rex, propter confluentiam negociorum sibi cotidie imminentem, de hiis memor non est, quare consiliarii et assistentes sibi omittunt eum excitare; ymmo, si opus est, animare et exhortari? Et de istis talibus querelis et allegacionibus tota patria plena est; et utinam pejora non sequantur! quum commune dictum est inter nos quod, quando populi tantam assumunt audaciam loquendi, faciliter sumunt etiam audaciam et faciendi. Credunt multi (nullus vos decipiat!) se esse liberos apud Deum qui videt occulta cordium; circumspectio vestra regia bene potest profundiora intelligere et bene capere; ego etiam, sicut recolo, pluries, per meas litteras, vestram regiam magnificentiam informavi quod Gallici prosequebantur guerram sicut inceperant; nullus, in fine, in istis partibus posset eis resistere, nisi vos manum auxilii vestri porrigeretis : et sic vidimus evenisse, nam nihil est, modo in partibus istis Burdigalensibus, sub obedientia vestra, nisi a Blavia usque ad Sanctum-Emilianum, et ista villa Sancti-Emiliani subjacet majori periculo, quoniam ampla est et lata et hominibus rara.

Hostis enim vester, scilicet dux Aurelianensis, propter quem firmiter credebatur quod mens vestra animosius moveretur, de hora in horam expectatur in civitate Engolismensi, et aliqui dicunt quod ibi applicuit, cum innumerabili comitiva, et sic creditur firmiter. Constabularius vero, scilicet dominus de Le Breto, est apud Sanctum-Johannem Angelianensem; et fecit mostram suam de mille hominibus armorum in loco de Belbesion; et apud istos hostes vestros, clare predicatur et denunciatur quod venient super locum de Burgo, et castrum de Franciaco et villam Sancti-Emiliani, et tenendo in istis locis gentes suas per modum obsidionis. Satis putant, sicut est veritas, quod per consequens etiam villa de Liburnia obsessa erit propter vicinitatem. Villa vero de Blavia habet suffrenciam ad certum tempus et forsan habebit majorem, sicut in alia mea littera, loquente de factis Blavie, Altitudo Vestra videre poterit.

Item, comes Armaniaci et comes de Claromonte, cum alio exercitu copioso, debent descendere ad partes de Medulco, ubi solet esse habundatia victualium, nec fortalicia reputantur multum fortia. Immo isti inimici confidunt per vim, absque alia obsidione, obtinere locum de Sparra; et si contigeret quod obtineant loca supra dicta, vel eorum aliqua, comminantur dicti inimici vestri venire et campum tenere super hanc vestram civitatem Burdigalensem : immo credunt multi quod, obtentis vel non obtentis dictis locis, venient, si qualitas temporis non contrarietur eis, super istam civitatem per modum obsidionis. Quid eveniet? ignoro; sed unum affero quod sepe quidem [spiritus?] promptus est, caro autem infirma : omnes enim dicunt quod deffendent se mirabiliter, sed vero qualiter perseverabunt, cum viderint dampna et pericula de propinquo? Gentes enim armorum valde pauce sunt in hac civitate et pecunie etiam non apparent : immo cum maxima difficultate aliquando parva quantitas reperiri potest.

Ex istis concludat, si placet, alta vestra prudentia : ego enim, jam a principio hujus guerre, in mente mea conclusi, et sic etiam Vestre Serenitati per plures meas litteras nunciavi, quod si Gallici proseque-

bantur guerram, ut inciperant, quod nihil sub vestra obediencia remaneret in partibus istis, nisi succursum seu auxilium congruum mitteretis de Anglia : et sic apparet per experienciam me vera pronunciasse; et puto etiam quod idem erit, sicut dixi, de eo quod de presenti sub obediencia vestra tenetur; nec unquam scripsi, ut aliqui malevoli ad mei infamiam seminarunt, quod ista patria, post inchoatam guerram, (ut eorum verbis utar) est *plan* et *ben*[1], et propterea succursu non indigere. Falsa enim et perniciosa suggestio fuisset illa : immo, recolo bene, et per mea regestra ostendere possum, quod nunquam scripsi vobis litteras de negociis hujus patrie, quin, in principio, medio vel fine, assererem patriam perituram nisi succursum congruum et celeriter mitteretur : et si scriptura aliqua contra hanc assertionem meam reperitur, sciat Celsitudo Vestra illam penitus esse falsam et machinatam ingenio alicujus nequissimi hominis; et super hiis invoco vestram regalem instanciam; quam si videro michi deficere, querelam exponam divino judicio quod quidem falli non potest.

Item, Serenissime Princeps, licet ad presens sit tempus yemale, non propterea confidatis quin succursum promissum transmittatis; vidi enim, pluries, in partibus istis, tempora hyemalia ita grata sicut alias solent esse tempora veris.

Item, si hostes vestri eligunt stare in campis ad invadendum, nonne simili modo gentes vestre poterunt, vel saltem in terris vestris morari ad defendendum, si pro meliori erit potiusquam in campis? Non enim consueverunt esse Gallici, nec etiam de presenti sunt magis de ferro quam Anglici : ideo, pro Deo, non assumatis excusationem ex isto tempore hyemali; sed provideatis celeriter, absque ulla tarditate, sufficienter saltem ad defensionem. Scripsi enim alias Celsitudini Vestre, vel alicui ex vestris, exemplum de Christo et Lazaro. Noverat enim ipse infirmitatem Lazari et noluit sanare, ut mortuum suscitaret; non expectetis ut patria perdatur sub spe recuperandi, sicut aliqui fatui per prophetias seu vaticinia futurum esse testantur.

[1] *Que tout est en état et bien;* deux mots de la langue romane du Bordelais. (*Note de l'éditeur.*)

Melius est autem tempus occurrere, quam post vulneratam causam remedium querere; et cogitet profunda intelligentia vestra quod, quicquid homines agunt in hoc seculo citra salutem anime, agunt ad gloriam sui nominis et honorem ac longevam memoriam. Qualis enim gloria, ymmo quanta ignominia, salva reverencia vestra, nominis vestri erit, si hec patria vestro in tempore perdatur et hostium imperio submittatur? quod Deus avertat! et ad perpetuam memoriam, sicut communiter per scriptores fieri consuevit de gestis virorum illustrium, per modum chronice vel alterius memorialis describatur? Et pareat michi benignitas vestra si nimis dure vel alias incongruenter loquor, quia vere zelus domus tue comedit me, immo forcius nominis tui, quia video illud sic diminui et lacerari, quod dolenter refero. Sed non diffido : immo, spem firmam gero, si cito manum apponitis, omnia restaurabuntur et firmabuntur in melius; nec terrentur vestri ligii harum partium de supra dicta multitudine Gallicorum, quoniam licet sit magna, non tamen tanta ut predicatur. Et si etiam esset tanta vel major, confidunt quod, sicut experientia sepe docuit et scripture referunt, multitudo magna ad cedem parva est, et docta paucitas ad victoriam est prompta. Non igitur differatis, Serenissime Princeps, si personaliter eligatis non venire, mittere dignum aliquem exercitum congruentem, quoniam, gratia Dei mediante et justitia vestra in qua principaliter est sperandum, status vester et hujus patrie restaurabitur et hostium vestrorum protervia propulsabitur, ad perpetuam gloriam nominis vestri. Quod Deus concedat pietate sua! Amen.

Scriptum Burdigale, XVIII° die octobris.

N. B. Cette lettre a été copiée sur un manuscrit du temps. Les faits qu'elle renferme fixent sa date à l'an 1407. B.

CLXXVII. (23 juillet 1409.)

LETTRE

DU PAPE ALEXANDRE V

A HENRY IV, ROI D'ANGLETERRE,

Pour l'engager à faire la paix avec la France. (Biblioth. Harl. n° 431, f° 33 verso. — Bréq. t. LXXIX.)

Alexander, episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Henrico, regi Anglie illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Licet, ex injuncto nobis desuper onere ministerii pastoralis, ad bonum pacis super universo nobis commisso grege, Regis pacifici, cujus in terris vicem gerimus, vestigia, prout nobis ab ipso permittitur, assiduis intendere vigiliis debeamus, ad regna tamen Francie et Anglie eo avidius oculos providentie paterne convertimus, quo, sicut ex ipsorum turbatione multorum sequitur adversitas populorum, ita per ipsorum reformacionem et unitatem multis aliis regnis et populis prosperitatis et pacis speramus commoda pervenire. Sane, Fili carissime, quam gravia et universa mala propter exortas inter te et carissimum in Christo filium nomine Carolum, regem Francorum illustrem, hoste humani generis discordias seminante, provenerint hactenus et provenire, dolenter gerimus, non desistant, quantumcumque nos ex eisdem fuerimus et sumus, usque ad cordis viscera, lamentabiliter anxiati, explicare de facili per litteras non possemus; et quoniam tot malis celeriter imponendus est finis, cum ex hujus dissensione tot cedes hominum, locorum incendia, patrie depopulationes, tot virginum stupra et alia innumera mala bellis sociata domesticis oriantur, ut vestra discordia grave dampnum et publicum, et non sine formidabili animarum periculo, censeatur : ne igitur tot malis alterius via

pateat, aut pacis multiplicibus commodis janua procludatur, induat, quæsumus, regia mansuetudo clemenciam, et deponat natura misericors animum inclementem, sopiatur ira, mollescant odia et extirpentur radicitus simulaciones. Inclina aurem tuam, carissime Fili, ad monita patris tui, attendens ad id pro quo Rex omnium induit formam servi, cum, resurgens a mortuis, dixit primo discipulis; ille magister omnium magistrorum non inquit : Arma et scutum sumite, nec sagittam vel gladium; sed : Pax vobis; cum pax et dilectio sint illa duo principaliter que teneri voluit et servari. Ab ipsius ergo tramite non discedas. Nos enim, plenam gerentes de divina pietate fiduciam, ac sedari hujus discordias, opportunis adhibitis remediis, cupientes, ac attendentes quod Tua Excellencia, quam scimus in negotiis Romane Ecclesie semper sollicite et fideliter laborasse, continuatis studiis in Ecclesia prefate obsequiis, perseverans in negotio sacre unionis in universali Ecclesie redintegrande, multipliciter laboraverit, disponens te, tanquam verum Ecclesie filium et devotissimum, pro efficacis operis effectu, in singulis agendis, ipsius Ecclesie ferventioribus studiis, eidem Ecclesie reddere graciorem, et grata promptitudine peracceptum. Serenitatem itaque tuam, quam semper gerimus visceribus caritatis, ex hoc multiplicibus laudibus prosequendam, in Domino plurimum commendantes, eamdem rogamus et hortamur attente, quatenus in concepte devocionis et fidei puritate, sicut plene confidimus, efficaciter velis perseverare; sicque tibi accrescet cumulus meritorum, non solum ex hiis que feceris per te ipsum, sed aliis etiam qui facti tui similitudinem assequentur, necnon in remissione tibi peccaminum, suadentes quatenus, prudenter attendens quam sit dispendiosa tua et regis predicti dissensio, que quovis satis sit de preteritis lacrymandum, causam tamen dare malis amplioribus, nisi adhibito concordiæ remedio, non cessabit. Considerans etiam quod pax Domini, ad quam tanquam principem catholicum fide præclarum et devotione ferventem aspirare te decet, sine pace fratris et proximi non habetur ad redintegrandam hujus sinceram concordiam, et indissolubiliter permansuram mansuetudinem regiam tractabilem red-

das et facilem, benignos spiritualis patris affatus sic devotis suscipiens, quod apud Deum crescas meritis, et apud nos et sedem apostolicam majoribus semper attolli laudibus merearis; qua pace firmata, ad subsidium terrestre contra infideles Christi inimicos, contra quos convenit maxime regibus et principibus indesinenter laborare, diligentius attendere valeas indilate. Tuum procul dubio expectat auxilium causa Christi; et domus tue potentiam terra supradicta, ut ipsam liberes, in qua salutem humani generis operatus est personaliter ipse Salvator; equidem illatas populo christiano offensas ulciscaris et Dei tui vindicabis injurias tam atroces, ac hereditati dominice amovere valeas tanto tempore illicitos detentores. Ceterum, te scire volumus, nos, pro hujus gravitate materie, cujus felicem exitum summo desiderio ferventique animo præstolamur, præfato regi Francorum nostras litteras destinavimus eisdem verbis et monitis quibus ad rem convenire videmus, alloquentes ut sit tandem, si fieri possit, inter vos medius mediator ille Deus et hominum pacis auctor et amator, Dominus Jesus Christus : de nostro quoque fervente animo, quem gerimus ad felicem finem hujus salutaris negocii prosequendum, dilectus filius, nobilis vir Johannes Colvile, miles tuus, lator præsentium, eandem excellenciam in præmissis per nos latius informatus, poterit seriosius vive vocis oraculo informare, cui in dicendis pro parte nostra fidem indubiam adhibeat excellentia supra dicta.

Datum Pisis, x Calend. augusti, pontificatus nostri anno primo.

Jo. de Crinellis.

N. B. Cette pièce a été copiée sur une semblable copie de l'écriture du temps, saine et entière. B.

CLXXVIII. (22 juillet 1412.)

LETTRE

DE JEAN DUC DE BERRY (ONCLE DE CHARLES VI, ROI DE FRANCE)

A HENRY IV, ROI D'ANGLETERRE,

Par laquelle il lui déclare renoncer au traité d'alliance qu'il avait fait avec lui; ladite renonciation faite en conséquence des lettres du roi de France référées dans celles du duc de Berry. (Bibl. Harl. n° 431, f° 105 verso. — Bréq. t. LXXIX.)

A TRÈS-HAULT et très-excellent Prince, mon très-cher et très-amé nepveu, Henry, roy d'Engleterre : Je Johan, fils du roy de France, duc de Berry et d'Auvergne, comte de Poictou, d'Estampes, de Bouloungne et d'Auvergne; savoyr vous faisons et aussi à vous, prince de Gales, Thomas, Joham et Umfrey, enfants de mondit nepveu, et à toutz autres à qui ce puet toucher, que, comme pur ascuns mes affaires, je ay, ou autres pur moy, n'adgaires fait ovecques vous aucunes aliances, confédérations et promesses, lesquelles ont très-grandement despleu à monseigneur le Roy, mon souverayn seigneur, qui ycelles a déclaré nulles et mises au néant de son auctoritée, et m'a commandé et ordonné que je les repellasse et meisse au néant, si comme par ses lettres puet apparoir, desquelles la teneur s'ensuit :

« CHARLES, par la grace de Dieu, roy de France, à notre très-cher et très-amé oncle le duc de Berry, salut et dilection.

« Il est venu à nostre cognoissance que, pur accion de certains discordz et débatz mouvers entre aucuns de nostre sang, vous avez faict aucunes alliances avec aucuns de nostredit sang et lignage, et aussi avec nostre adversaire d'Engleterre, ses enfantz et autres tenantz leur partie ; de laquelle chose nous avons eu grande despleisance, et les-

ditz aliances et confédérations avons déclaré et déclarons nulles de nostre auctorité et les avons mises au néant; et parce que par le bon pleisir de nostre seigneurie, nous avons mys et ordenné bonne paix entre les dessusdits de nostre sang et lignage, laquelle vous avez juré et promise garder et observer à vostre pouer : Nous vous mandons, sur la loialtée et proximitée de lignage, en quoy vous nous estez tenuz, sur tout l'amour que vous avez à nous qui sumes vostre souverein seigneur, et sur quanque vous doubtez encourrir nostre indignacion à toutz jours mais, que vous révokez aux susdites aliances faites tant entre ceux de nostredit sang et lignage, come les dessusditz d'Engleterre ou autres, et ycelles révoquez et rappellez en les mettant de tout au néant, incontinent et sanz délay, per voz lettres patentes faites souz vostre seal, por ycelles signifiez aux dessusditz de nostre sang et auxi à nostredit adversaire d'Engleterre, ses enfantz et autres, ladite révocation. Donné à Argennières, entre les Roches et la Charité-sur-Loire, le XXIe jour de juillet, l'an de grace MCCCC et XIIe, et de nostre règne le XXXIIe. »

Vous signifie, très-hault et très-excellent Prince, mon très-cher et très-amé nepveu, et à vous, ses enfantz et autres dessusditz, que toutz aliances, sermens, promesses, liens et confédération, en tant que pur moy et en mon nom elles seroient faites, je quidoye ensure la volentée de mondit seigneur, comme son subjet et souz sa puissance, mes de tout au néant, m'en tiègne pour quitte et y renonce; vous quittant auxi de toutes aliances, seremens, confédéracions et promesses esqueles vous ou aucun de vous purrez estre tenuz à moy, souz quelque forme des paroles et à quilconque effect qu'elles tendent. En tesmoigne de ce j'ay faict mettre mon seal à ces présentes.

Donné à Argennières, entre les Roches et la Charité-sur-Loire, le XXIIe jour de jullet l'an de grace mil CCCC et XIIe.

ITEM, le duc d'Orliens, en mesme la manière.

ITEM, le duc de Burbon, en mesme la manière.

Item, le s[r] de la Bret (Albret), en mesme la manière.
Item, le duc de Burgoyne, en mesme la manière.

N. B. Cette pièce a été copiée et tirée d'un manuscrit de l'écriture du temps[1]. B.

CLXXIX. (26 septembre 1412[2].)

RÉPONSE

DE THOMAS, DUC DE CLARENCE,

AUX DUCS DE BERRY, D'ORLÉANS ET DE BOURBON,

Sur leur renonciation à leur alliance avec l'Angleterre. (Biblioth. Harl. n° 431, f° 105. — Bréq. t. LXXIX.)

Haut et puissant prince, Johan, duc de Berry, nous Thomas, fils du noble roy d'Angleterre et de France, duc de Clarence, comte Dammarle, grand sénéchal d'Angleterre, et son lieutenant ès parties de pardeçà, savoir vous faisons, et aussi à vous Charles, duc d'Orliens, et Johan, duc de Burbon, que puis n'adgaires sont venuz jusques à nostre présence troys qui se dient estre vostre haralx, portant lettres, solonc lour rapport, de par chacun de vous, lesquelles, à lour venue, espérions estre seulement à nous adressantes : toutefoys, par le contenue et stile d'ycelles, avons veue et entendeue qu'elles s'adressent principalment à nostre très-redouté et très-souverein seigneur et père, le roy desusdit; secondement à monsieur le prince nostre très-honoré seigneur et frère et son aysné filz; purquoy ycelles avons renduz et remisez à vosditz héraulx sanz les acceptier, considérant que l'un est nostre souverein seigneur et père, comme dit est, et l'aultre nostre honoré seigneur et frère, as queux devaunt nous lesdictes lettres

[1] Voyez la réponse du duc de Clarence (la pièce qui suit), que nous avons transcrite sous la date du 26 septembre 1412.

[2] La date du 26, écrite en marge de la copie, ne concorde pas avec celle de la fin de l'acte, qui porte xvi[e]. B.

sont adressantes, et la réception d'ycelles devaunt nous leur en appartient: et ovesque ce, purtant que croire ne povons bonement que nulles tielles lettres procèdent de consentement de tielx princes et de si haut sank comme vous estez. Considérant ce que voz ambassiateurs ont fait, accordé, sellée et juré en vos armes et les leur, par notable et suffisant procuration, scellez de voz seaulx et signé voz nouns de voz propres mainz, si autentiquement que bien sembloit et estoit avis à mondit seigneur et père le Roy, à mondit seigneur mon frère le Prince, à noz frères, à nous, à toutz ceux de nostre sank, et à tout le roïalme, ancore est et conu sera, si Dieu plest, par l'universe monde, que homme terrien n'a povoir de révoquier ne mettre à néant ce que si solemnellement et par si suffisant [procuration sellée de voz seaulx[1]] et large poair de toutes deus partz, a esté lyé, juré, promis et plainement accordé. Et quant pur la partie de nostredit très-redoubté et très-souverein seigneur et père le Roy, nous, en noun que dessus, par son commandement et selon qu'a esté appointé, sumes venuz et arrivez devant Bloys pur accomplire ce qu'il a accordé et promis comme loial roy et prince; et comme son loial, humble, obéissant filz et lieutenant, nous offrons, tant en son noun que ou nostre, ainsi que dit est, à enteriner et parfornir, quanque à luy et à nous pur luy appartient, à vous toutz et à chacun pour soy. Pourquoy, hauts et puissants princes, nous, de par nostredit très-souverein et très-redouté seigneur et père le Roy, comme son humble filz et lieutenant, ainsi que dit est, vous requérons toutz et chacun par soy, sur la foie, loialtée de vos personnes et le serment que vous devez à tout gentillesse, et pur éviter tout reprouche en tout, en fait de noun et d'armes, que l'en vous en purroit mettre sus, que vous touz et chacun endroit soy, vuillez accomplir et enteriner roialment et de fait, à nostredit très-redouté seigneur et à nous, ce que de par vous luy a esté promys et juré, et selon que vous en estez à luy obligez, tielment que par vostre défaute on n'ait cause de faire ne dire plus avant de ce qui appartient à tiel cas. Et touchant le duc de Bourgoigne, pur ce qu'il

[1] Ces mots ont été barrés dans la copie de Bréquigny. (*Note de l'éditeur.*)

rescript, selon nostre semblant, paraillement ainsi que vous faites, de ce avons merveille; car, à ce qu'il ait aucunes alliances à nostredit très-redouté seigneur et père, à nostredit honoré seigneur et frère, à nous, ne à nos autres frères, nous vous faysons savoir que non, ains en a esté de tout refusé, pur ce que nous estions lyez ovesque vous; et si ce ne feust, nous pensons avoir acceptez ses offres et fermées ovesques luy aucunes alliances. C'est ce que de présent vous escrivons, vous priant de garder vostre foie et loialtée, et Dieux vous en doinct grace : pur approbacion que ces présentes procèdent de nostre entier voullentée, nous y avons faite mettre le seal de noz armes, et furent faites et escriptes à la Chauce, devant Bloys, le vi^e jour de septembre, l'an de grace mil cccc dusziesme.

N. B. Cette lettre a été copiée sur un manuscrit du temps, bien conservé[1]. B.

CLXXX. (Dernier d'avril 1414.)

PÉTITION

DES COMMUNES D'ANGLETERRE,

Que les possessions des monastères français en Angleterre, saisies aux mains du Roi, durant la guerre avec la France, y restent après la paix : avec la réponse du roi d'Angleterre. (Bibl. Cotton. Titus E, IV. — Bréq. t. LXXIX.)

Item, priont les Communes que, en cas que final pées soit pris par entre vous, nostre souverain seigneur, et vostre adversaire de Ffrance, en temps à venir, et sur ceo toutz les possessions des priories aliens en Engleterre, esteantz as chiefs maisons de religiouses de per delà, as queux tieulx possessions sont regardantz seront restitutz, damage et perde aviendroient à vostredit roialme et à vostre

[1] Voyez la lettre du duc de Berry, que nous avons transcrite sous la date du 22 juillet 1412. C. F.

people; de mesme le roïalme per les grandes fermes et apportz de monoye, quel d'an en an toujours après seroient renduz de mesme les possessions à ces chiefs maisons avant dits, en très-grand empoverissement de mesme vostre roialme en celle partie, que Dieu défende. Plèse à vostre très-noble et très-gracious seignourie, per considéracion suisdit et auxi per considéracion que à la comencement de la guerre commencée per entre lesditz roialmes, de touz les possessions qu'eux vos lieges alors avoient des dons de vos nobles progénitours en les parties de par delà, deinz la jurisdiction de Ffrance, per juggement renduz en mesme le roialme de Ffrance, sont pour touzjours estre oustez et dishéritez, et sur ceo graciousement ordeiner en cest présent parlement, per assent de vos seigneurs espirituelx et temporelx, que touz les possessions des priories aliens, en Angleterre esteantz, purront demurier en vos mains à vous et à voz heirs per toutz jours, à l'entent que divines services en les lieux avant ditz purront pluis duement estre faitz per gentz anglois en temps à venir, que non estre faitz avant ces heures en ycelles per gentz fraunceys, fors pris les possessions des priories aliens conventuelx et des priours que sont inductz et institutz, et fors pris que touz les possessions aliens donez per le très-gracious seigneur le roy vostre pière, que Dieu assoille, à la mestre et collége de Ffodringhay et à ses successours, de la foundacion de nostredit seigneur le roy vostre pière, et la foundacion de Edward, duc de York, non obstant la pées affaire si ascun y serra, avesques toutz manières, franchises et libertées, per nostredit seigneur le roy vostre pière, grauntez asditz mestre et collége et à ses successours, et per vous confermez demurgent perpétuelment, per auctorité d'icest présent parlement, asditz mestre et collége et à ses successours, al oeps et entent selonc la tenure et perport de les lettres patentz de nostredit seigneur le roy vostre pière, de la foundacion dudit collége, sans ascun charge ou apport, à vous, très-souverain seigneur, et vos heirs ou ascunz autres persones ou persone apportiers, sauve les services duez à les seigneurs de fées anglois, si ascuns y soient, non obstant que, mesme la grannté fait

per nostre suisdit seigneur le roy vostre pière asditz mestre et collége et à ses successours, ne soy extende, fors que durant la guerre per entre vous, très-souverain seigneur, et vostre adversaire de Ffrance, et savant auxi à chescun de vos lieges, si bien espirituelx come temporelx, l'estat et possession qu'ils ount à présent en ascuns de tieulx possessions aliens soit-il purchacez ou à purchacerz, en perpétuité ou à terme de vie ou à terme d'ans, de les chief maisons de par delà, per licence de notre seigneur le roy vostre très-noble pière, qi Dieu assoille! ou de roy Edward le tierce, votre bisaiel, ou de roy Richard le second puis le conquest, ou de vostre gracious doun graunt, confirmacion ou licence euz à présent en celle partie; paiantz et supportantz touz les charges, pensions, annuitées et corrodies grauntez à ascuns de vos lieges per vous, ou ascun de voz nobles progénitours, à préjudice de les possessions ou priories aliens suisdits.

RÉPONSE DU ROI.

Le Roy le voet, et auxi que lesditz mestre et collége de Ffodrynghay eient exemplificacion du Roy, desoutz son graunde seale, d'i ceste péticion pur lour greindre seureté ceste partie, et ceo del assent des seigneurs espirituelx et temporelx en cest présent parlement esteantz.

CLXXXI. (27 janvier 1415.)

1° LETTRE

DE HENRI V, ROI D'ANGLETERRE,

A GUILLAUME BARDOLF, LIEUTENANT DE CALAIS,

A l'effet de faire épier les desseins du roi de France, et de lui en donner avis.

2° NOTE

Des lettres écrites sur le même sujet à plusieurs autres personnes. (Rymer. Supplém. H. V, 1, n° 127. — Bréq. t. LXXIX.)

Cher et foial, nous vous saluons.

Souvent et pour ce que nous, de présent occupiez, come vous savez, entour le fait de noz guerres en notre duchée de Normandie, avoir ne poons uncore, par nulle voye, pleine conissance de l'entention ou propos de nostre adversaire de France, ne de ceux de sa partie; si volons et vous prions très-chèrement que, à toute céléritée possible, facez envoier vers les marches de Picardie et autres parties où vous semble mieux expédient, aucuns personnes foialx et créables, pour espier et notice avoir de tous les purpos de nostredit adversaire, de ceux de sa partie; et par espécial, coment ils entendent faire et procéder contre nous, et ce que vous sentirez, purrez sentir et apparcevoir par tieulx espiailles ou par autre manère, facez cest et saunz délay nous certifier, si faire le poez, en aucune manère ou autrement, notre consail estant à Londres, come nous nous fions de vous, en vous signifiant que pur les coustages et expenses queux vous em-

ploierez entour les premises, nous vous ferons agréer, par manère que vous serez résonablement content, si Dieu plest.

Donné, etc. le xxviie jour de januer.

A notre chier et foial chivalier, William Bardolf, lieutenant du capitain de notre ville de Caleys.

Item, soit fait lettre, mutatis mutandis, au lieutenant de l'estaple à Caleys et à J. Pikeryng, clerc de mesme l'estaple pur espier, etc. et ent faire acertenner le consail du roy.

Fiat etiam alia littera Johanni Hundon..., ad conferendum se in comitiva Reginaldi Curtey, versus villam de Bruges, ad ibidem explorandum, etc. et ad relationem inde domino nostro regi seu ipsius in Anglie consilio..... Fiat in hujus littera mentio quod habebit rationaliter pro expensis suis.

CLXXXII. (25 octobre 1415.)

DÉTAILS

SUR LA BATAILLE D'AZINCOURT, EN 1415,

Insérés dans les registres de la ville de Salisbury. (Record. de la ville de Sarum. — Bréq. t. LXXIX.)

IN CONVOCATIONE TENTA NONO DIE OCTOBRIS, ANNO SECUNDO REGIS HENRICI QUINTI.

Littera patens domini Regis, sub magno sigillo, directa Johanni Levisham, majori civitatis; Wattero-Shirle, Willielmo Waryn et Willelmo Tuyle, pro arraiatione armatorum, hobellariorum, sagit-

tariorum et aliorum hominum defensibilium, infra civitatem facienda, et etiam directa fuit litera clausa a cancellario Angliæ, per viam consilii, majori et concivibus pro eadem civitate cum barreris et aliis monimentis fortificanda et pace conservanda; virtute cujus patentis predicte manifestatio fuit facta infra civitatem de omnibus articulis ejusdem.

Et sciendum est quod, rex Angliæ, Henricus quintus, cum magno exercitu suo transmigravit mare versus Harfleet, in vigilia Assumptionis Beatæ Mariæ; portum ibidem arripuit, anno regni sui tertio, ac ipse villam illam per viam sedis, cum duce Eboraci, duce Clarenciæ, duce Glocestris et aliis pluribus, comite Waren, et aliis dominis. Posteà vicesimo secundo die septembris, videlicet die dominica in crastino sancti Mathei apostoli et evangelistæ, anno supra dicto, ipsa villa se dicto domino Regi reddidit; et sic ipse Rex fortiter perquisivit. Post quam perquisitionem habitam, facta ordinatione pro eadem villa conservanda, constituto ibidem domino comite Dorsetiæ capitaneo, ipse dominus Rex, cum dicto exercitu suo, a sede predicta recessit versus Calesiam, causa pestilentiæ ingentis apud Harfleet regnantis; ac ipse Rex sic transeundo, exercitus magnus Ffranciæ, in numero quasi centum mille, positus fuit contra ipsum regem non habentem secum ultra numerum decem mille. Qui duo predicti exercitus simul fortiter bellarunt : in quo bello interfecti fuerunt de Ffranciscis, in campo de Argenton, die Veneris, in ffesto sanctorum Crispini et Crispiniani, videlicet vicesimo quinto die octobris, anno Domini millesimo quadringentesimo decimo quinto, et anno supra dicto tertio regni dicti Henrici quinti: dominus de Brut, constabularius Ffranciæ; dux de Launson, dux de Bare, dux de Brabant, comes de Nywere; comes de Russy, comes de Grene, comes de Saumes, comes de Grantpré; M. Dampierre, M. Baustemond, M. Philip. Dancy, baillif d'Aviense ; M. Damercy, M. Robert Ffrete, M. Darmaville, M. d'Aqueville, M. Gray, M. Waryn, M. Graymeram, M. Seneschal de Haynam, M. de Mongraug, M. Coursy, M. Houdard de Remit, John Gordyn, M. Boremys, M. Symon de Ffaigneuell, M. de Graves,

M. Robert Montagu, M. de Greves, M. Damchy, M. Gyon de Harbames, M. John de Gret, M. de Sorell, M. Gangiers de Dolpin, M. de Monteygyney, M. de Vaysay et son ffilz, M. Roionit Daynecourt, M. Mayheu de Humers, Phelip de Cossens, M. Everard Rubempré, M. de Poys, M. de Launselet de Clare, M. Robert de Waren, M. de Harnede, M. de Crekes, M. de Mercmon, M. Roger de Pois, M. Tremes et son frère, M. de Noiell, M. Antony de Crane, M. Collard de Cessewes, M. Devyn (le Burgoney), M. Gilaw de Trie, M. de Danford, Pere Bonefant, John Sempy, Perren de Prees, M. de Brayme, M. Roland de Grotus, M. Phelip de Lene, M. de Seynt Clère, M. John de Poys, M. Jaques de Cotyamble, John de Verdyn, Saylond Burem de Geremys, M. de Gavency, M. Alezt de Somage, M. Collard de Ffraymis, M. Gaynot de Borneville, M. Raynold de Fflaunders, M. Vaudan de la Mys, M. John Garamys, Robert le Savage, M. Dacy, M. Deucy, M. de Caleuche Fforteseu, John de Lysle, Ducet Dauny, M. Deo, M. John de Beamond, M. John de Mondeux, M. John Drux, M. Charl de Chastaile, M. Phelip Lenkirke et son ffrère, John Gueryn, M. John de Colevyle, M. de Bremle, M. Gylian de Guyle, M. de Haly, l'erchevesque de Soyns et quatuor mille de vallants chivaliers et esquiers, saunz les comunes. Et similiter capti fuerunt et prisoniers domini nostri Regis, dux d'Arliaunie, dux de Bourbon, le mareshalle de Ffraunce appellé Bursegaud, le comte de Rychemonde, le comte de Verden, le comte d'Ewe, et le ffrère Duyk de Launson et area sua.

Et ex parte dicti domini nostri Regis interfecti fuerunt dux Eboraci, juvenis comes Southfolk, et non plures de dominis, et circa quindecim de aliis personis valectorum. Et sic dominus noster Rex superavit, illa die, omnes hostes suos, gratias agens Deo altissimo, matri perpetuæque Virgini Mariæ, sanctoque Georgio, omnibusque sanctis Dei : abiens cum exercitu suo versus Calesiam, ibidem requiescens et se reficiens, mittens quos voluit de dicto exercitu suo in Angliam ad se reficiendum.

Post quam requiem habitam, idem dominus Rex providens plura

negotia regni sui, in Anglia revenit, arripiens apud Doveriam, die sabbathi in ffesto sancti Clementis papæ, videlicet vicesimo tertio die novembris, anno supra dicto tertio, conferens secum dictos dominos ffrancos prisones et captivos suos. Qui veniens versus London, maxima multitudo gentium civitatis illius, in vestibus rubris et capuciis albis, obviam habuerunt, intrans civitatem illam die sabbati sequente, videlicet, ultimo die ejusdem mensis in ffesto sancti Andree. Et tanta multitudo virorum et feminarum astitit in plateis ab angulo sancti Georgii, in Suthray, usque in Westmonasterium, quod vix ab hora decima ipse Rex, cum dominis predictis captis suis, usque in horam tertiam pomeridianam, non adire potuit Westmonasterium, causa etiam propeditionis diversarum ordinationum et munerum eidem per civitatem illam oblatorum. Pro cujus adventu et gloriosa victoria gloria in altissimis Deo.

N. B. Cette pièce a été transcrite sur une copie fort exacte qui nous a été communiquée par M. Harris, un des lords de la trésorerie. Les noms propres sont copiés fidèlement tels qu'ils sont dans l'original, où ils paraissent avoir été écrits selon la prononciation anglaise, et presque tous considérablement défigurés. Cet acte est inscrit dans les registres de la ville de Salisbury, ainsi que nous avons marqué en marge, à la tête de cet acte. B.

CLXXXIII. (1417.)

NOMS

DES VILLES ET CHATEAUX

Conquis en France par Henri V, roi d'Angleterre, en 1417, et des commandants qu'il y établit. (Biblioth. Harl. n° 782, f° 49, v°. — Bréq. t. LXXX.)

In the yere 1417, anno Domini, king Henry the V[th] conquered theis townes in Normandy and in France, and made the noblemen capitaynes of the same townes and castelles.

At Touque, capetayn sir John Kykelley.

At Caen, capetayn sir Gilbert Humfreyvill, and bailly sir John Popham.

At Thorigny, the sir John Popham, lord of the same by gifte of the kinge.

At Creuly, sir Hertenbe Vaucloup, knight of the gartier.

At Bayeus, sir de Mautrevas and de Aroundell.

At Argenteny, sir Gray de Coduore.

At Chamboy, sir de Fitz-Hugh.

At Vernueill in Perche, sir John Nevill.

At Alençon, the duc of Gloucester; his lieutenant, sir Rolland Lyntall.

At Essay, sir William Hodelston, bailly d'Alençon.

At Faloyse, sir de Fitz-Hugh.

At Toury, sir Loys Robessart.

At Condé-sur-Noireau, sir John Popham.

At the citie of Lisieus, in the contre of aujoey, sir John Kykeley.

At Faugarnon, John S[t] Albones.

At Courtoune, John Aubyn.

At Crevecueur, sir Thomas Kyrkeley.

At Bernay, Villiam Howton.

At Auvilliers, Robert Horneby.

At Carenten, in the contrey of the Coustentyn, sir de Bowtras.

At Pontdoue, Davy Howel, esquier.

At Saint-Lô, sir Reynold West.

At la Haye-du-Pays, sir John Assheton, bailly de Coustentyn.

At Valongnes, sir Thomas Brough.

At Cheerebourg, sir Grey de Coduore, et, après son décès, sir Walter Hungerford.

At Coustances, sir de Bourgaveny.

At Sain-Sauveure-le-Vicont, sir John Robessard.

At Avranches, Thomas Brugh.

At Pontorson, sir Robert Gargrave.

At Vire, le sir de Matravas et Aroundell.

At Sainte-Jame de Bevron, ledit s^r de Matervas et de Arondell.

At Hambuye and at Briquevell, le counte de Suffolke, s^r dedids lieus.

At Dampfornt, Hugh Staford, s^r de Bowser.

At Loviers, Monsr le duc de Clarence; son litenant, s^r John Godard.

At Evreux, s^r Gilbert Halsall, knight.

At Pont-de-l'Arche, le duc de Clarens.

At the citie and castell of Rouen, the duc d'Excester, et son lieutenant, Mr de Willoughby; et sir John Kykelley, bailly dedit lieue.

At Caudebec, s^r Loys de Robersart.

At Tancarvill, sir John Gray, conte dudit lieu, per done du Roy.

At Harefleue, ledit s^r John Gray.

At Monstiervillier, Thomas Guerton, esquyer.

At Belencombre, s^r Thomas Rameston.

At Dieppe, lord Guyllem Bowser, contie de Eu.

At Eu, ledit M^r le contie dedit lieu.

At Longuevill, le captall Buch, conte dedit lieu.

At Arques, sir James Fynnes, bailly de Caux.

At Aubmarle, Monsr de Warwike, qui fist son lietenant s^r Guyllem Montford.

At Neuchastell, s^r Philippe Lêche.

At Monceaux, ledit s^r Philip Lêche.

At Gournay, sir Gilbert Humfreville, comte de Kyme.

At Bagueville, the lord Roos, per don du Roy.

At Gallard, leded s^r de Roos.

At Esterpaigny, Richard Abraham, esquier.

At Dangu, Richard Vyodeml.

At Saint-Cler-sur-Oette, sir Guilliam Basset.

At Neaufle, le conte de Worcester.

At Gisors, leded counte de Worcester.

At Boucomvilliers, John Bourgh, esquier.

At Mante, le conte de Marche.

At Vernon, sir William Porter.

At la Riche-Guyon, sir Guy Boutiller.

At Meulent, s^r^ Thomas Rameston, et puys après sir John Fastolfe.

At Ayvry-la-Chance, the duc of Gloucester; après, Arthur de Bretaigne, conte per don du Roy.

At Danville, s^r^ Christofer Corwen.

At Homsten, le conte de Sallisbury; après lieu le duc de Clarens, per don; son lieutenant, Robert Inkeburow, esquier.

At Conches, s^r^ Richard Erbury.

At Pontoise, the duc of Clarens, et son lieutenant sir Ranold, s^r^ de Cromwell.

At the towen and castell of Dreux, the kinge of Scottes, and after him the conte of Worcester, capetayn.

At Meaulx in Brie, sir Olivere Mayney.

At the towne and castell of Cravant en la conté d'Auxcerux, le comte de Sallisbury.

Sir John Fastolf fut commes lieutenant pour le Roy et ledit s^r^ le régent en Normandie et les bailliages de Rouen, Evreux, Alençon et du païs d'enveron la revère de Seyne, et avec le gouvernement des païs d'Anjou et du Mayne.

At Mascon, Guillam Glasdall, esquier et bailly dedit.

At Montigni-le-Roy, sir Thomas Gargrave, s^r^ Thomas Flemmyng, capitaines dedid lieu.

At Digon, Amorye et Vertus-en-Champagne, capitane Edmond Heron.

Et Mathe Goghe, esquier, capytaine de at Montaguillon-en-Brie, dont estoient capitayns Pregent de Coitivy et Guillem Bourgois, bretons, firent sarment au conte de Sallisbury qui james ilz ne feront guerre contre le Roy deçà la revère de Loyre.

At the citie of Mans, sir John Falstolfe.

At Saint-Kalez, Richard Gethyn, esquier, and also at the castell of l'Ermitaige.

At la Faigeue, Mathe Goge, esquier.

At Gaerlande, John Banester, esquier.

At Malicorne, William Glasdall, esquier.

At Lisle-soubz-Brullon, s^r Lancelot Lisle.

At Louppelland, Henry Braunche.

At Montfour, s^r John Old-Hall.

At la Suze, s^r John Suffolke, esquier.

At Saint-Suzanne, s^r John Popeham.

At la chatell de Mayenne-la-Inhez, capitane s^r John Montgomery.

At the towne, castell of Ferté-Bernard, the counte of Sallisbury, by the geffte of the kinge ther of lorde.

CLXXXIV. (20 février 1419.)

1°

LETTRE

DE HENRI V, ROI D'ANGLETERRE,

Qui permet à Jean Falstolf, chevalier, de faire conduire de la ville de Rouen à la Bastille de Paris, par terre ou par eau, en payant les droits, un convoi de 200 mines de froment et 200 mines d'orge, d'avoine, etc.

2°

NOTE

Sur pareille permission accordée aux administrateurs, frères et sœurs de l'Hôtel-Dieu de Mantes, pour faire transporter de la ville de Rouen audit hôpital un muid de froment, un muid d'orge et un muid d'avoine. (Rymer, Suppl. H. V, t. 2, n° 143. — Bréq. t. LXXX.)

Rex omnibus ad quos, etc. salutem: Sciatis quod concessimus et licenciam dedimus dilecto et fideli militi nostro Johanni Ffastolf, quod ipse, per se vel servientes suos, ducentas minas frumenti, ac ducentas minas ordei, avenæ et pisarum, in villa nostra Rothomagi ad presens existentes, ab inde usque civitatem Parisiorum, pro stuffura fortalicii sive Bastelli Sancti-Anthonii, ibidem tam per terram

quam per aquam, solutis deveriis in hac parte debitis, libere et absque impedimento aliquorum officiariorum seu ministrorum nostrorum, ducere possit et cariare..... In cujus, etc. Datum apud castrum suum Rothomagi, xx° die februarii.

Consimiles litteras Regis habent subscriptas, videlicet :

Magister, fratres et sorores domus Dei de Medunta, pro uno modio de frumenti, uno modio ordei, et uno modio avenarum in villa regia Rothomagi, ad presens existentes; ab inde usque domum suam predictam, pro sustentacione sua et pauperum in eadem existentium... Tam per terram, etc...... *Ut supra*..... Datum..... *Ut supra.*

CLXXXV.

(23 juin 1419.)

1°

LETTRE

DE HENRI V, ROI D'ANGLETERRE,

Par laquelle il nomme des commissaires pour traiter de son mariage avec Catherine, fille de Charles VI, roi de France.

2°

DEUX AUTRES POUVOIRS

Donnés auxdits commissaires. (Rym. Suppl. H. V, t. 3, n° 26 *bis.* — Bréq. t. LXXX.)

I.

Rex omnibus ad quos, etc. Salutem.

Sciatis quod nos de ffidelitate, prudentia, circumspectione et industria carissimi consanguinei nostri Ricardi, comitis Warwyk, ac dilectorum et fidelium nostrorum magistri Johannis Kempe electi

Rostenen, custodis privati sigilli nostri; Johannis Gray, militis; Gilberti Umfraville, militis; Willielmi Porter, militis, et magistri Johannis Stafford, legum doctoris, consiliariorum nostrorum, et eorum cujuslibet plenarie confidentes, ad tractandum et communicandum cum consanguineo nostro Ffranciæ suisve ambassiatoribus, nunciis seu procuratoribus, potestatem ab eodem consanguineo nostro sufficientem in ea parte habentibus, de et super sponsalibus aut matrimonio inter nos et inclytam puellam, dominam Catherinam, filiam consanguinei nostri prædicti, contrahendo; nec non de dote dotalicio, etc. In cujus, etc.

Teste rege, apud villam suam de Maunte, XXIII° die junii.

Per ipsum regem.

II.

Rex omnibus ad quos, etc. salutem.

Sciatis quod nos de ffidelitate, circumspectione et industria carissimi consanguinei nostri Ricardi, comitis Warwick, ac dilectorum et ffidelium nostrorum magistri Johannis Kempe, electi Rostenen, custodis privati sigilli nostri; Johannis Gray; Gilberti Umfraville et Willielmi Porter, militum; ac magistri Johannis Stafford, legum doctoris, consiliariorum nostrorum, plenam gerentes fiduciam, ad personaliter eundum ad præsentiam consanguinei et adversarii nostri Ffranciæ, ac ad conveniendum, etc. *Ut supra.*

CLXXXVI. (juin 1419.)

LETTRE

DE CHARLES VI, ROI DE FRANCE,

Par laquelle il proroge jusqu'à la Toussaint la promesse qu'il avait faite de ne marier, avant la Saint-Jean, sa fille Catherine à aucun autre prince qu'à Henri V, roi d'Angleterre. (Biblioth. Harl. n° 431, f° 104, verso. — Bréq. t. LXXX.)

Karolus, Dei gratia Francorum Rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Cum inter nos seu deputatos a nobis, et nobiles Henricum, videlicet dominum de Scrop, militem; Hugonem Mortemere, scutiferum, et venerabilem magistrum Henricum Ware, in utroque jure licentiatum, ambassiatores, commissarios, et nuncios solemnes pro parte illustrissimi principis Henrici, Dei gratia, carissimi consanguinei nostri Anglie, in regnum nostrum Francie et ad nostram presenciam transimissos, nonnulla, per que amor mutuus et amicitia inter nos et consanguineum nostrum Anglie predictum introduci et nutriri; et tandem, Deo duce, ad optatam a Christi fidelibus inter duo regna pacem firmam perveniri posset, tractata et communicata fuisset; et inter cetera, certis de causis ad hoc nos moventibus, per nostras alias litteras, certam promissionem, tam nomine nostro quam nomine carissime filie nostre Katerine, in paterna nostra potestate existentis, de abstinendo ab omni contractu matrimoniali sive sponsaliorum Katerine filie nostre, cum quocumque alio principe cujuscumque magestatis, dignitatis, preeminencie, principatus, auctoritatis, sive condicionis existat, priusquam cum predicto consanguineo nostro fecissemus, hinc ad festum nativitatis beati Johannis Baptistæ proxime futurum, prout et quemadmodum in predictis nostris litteris seriosius continetur. Nos animadvertentes quod

tempus illud sit de proximo finiturum, quodque tunc, propter locorum distanciam, tum etiam transfretationis maris impedimentaque possent interim evenire, infra tempus prefixum tantum tamque salubre negocium forsitan concludi et ad optatum finem perduci non posset : hinc est quod, tam nomine nostro et pro nobis, quam nomine ejusdem Katerine, filie mee carissime, et pro ipsa, dictum diem et terminum hinc et usque ad festum Omnium Sanctorum proxime futurum prorogavimus, et serie presentium prorogamus; promittentes bona fide et in verbo regio, jurantesque in animam nostram, quod, usque ad dictum festum Omnium Sanctorum, nullum cum quacumque alia persona, preterquam cum predicto illustrissimo principe Henrico, consanguineo nostro Anglie, seu deputatis et commissis ab eodem, contractum matrimonii per verba de presenti, sive sponsaliorum per verba de futuro, quomodolibet contrahemus, aut super ea concludemus; ymmo promissionem ipsam, quantum ad nos et ipsam attinet, fideliter observabimus inconcusse, proviso tamen quod dictus consanguineus noster parem pro parte sua nobis promissionem et fidem faciat. In cujus rei testimonium, has litteras presentes jussimus fieri, et magni sigilli nostri munimine roborari.

N. B. Cette lettre a été copiée d'après un manuscrit du temps. B.

CLXXXVII.

(14 octobre 1419.)

SAUF-CONDUIT

DONNÉ

PAR HENRI V, ROI D'ANGLETERRE,

Aux commissaires envoyés par le Dauphin pour traiter de la paix. (Rymer, Suppl. H. V, t. 3, n° 53. — Bréq. t. LXXX.)

Rex universis et singulis capitaneis, castellanis et eorum locatenentibus, ac aliis officiariis, ministris, ligeis, fidelibus et subditis nostris ad quos, etc. salutem.

Sciatis quod, cum consanguineus noster Dauphinus, venerabiles patres Jacobum Gelie, archiepiscopum Turonensem, et Johannem de Norry, archiepiscopum Senonensem, ac Lodovicum de Chalon, comitem de Tourneire; Petrum Rochefort, militem; Johannem de Torssay, militem; Robertum de Braquemont, militem; Arnaldum Guillelmum de Barbazan, militem, consiliarium et primum camerarium consanguinei nostri predicti; Petrum, dominum de Beauvau, militem, consiliarum et camerarium ejusdem consanguinei nostri; Johannem Lennet, dominum d'Aiguelieres, consiliarium et camerarium dicti consanguinei nostri; magistrum Johannem de Vaily, presidentem in parliamento, et magistrum Johannem de Villebresme, secretarium adversarii nostri Ffranciæ et consanguinei nostri prædicti, usque civitatem nostram d'Evreux, vel unam villarum nostrarum d'Alençon, Loviers vel Pont-de-l'Arche, ad tractandum, communicandum et concludendum super omnibus et singulis negotiis, causis et materiis, statum, pacem et quietem regnorum Ffranciæ et Angliæ, ut asserit, concernentibus, ibidem cum certis commissariis nostris, quos illuc ob causas prædictas mittere volumus, destinare desiderat, ut ac-

cepimus; nos, ea consideratione, suscepimus sex personarum prædictarum, quarum unus archiepiscopus, unus comes, duo milites, unus clericus et unus secretarius existant, usque civitatem, seu unam villarum nostrarum prædictarum, cum ducentis equis vel infra, quorum centum dictam civitatem, vel unam villarum prædictarum, intrent, et alii centum ad proximum ffortalicium, seu locum suum, salvo et secure se divertant armati vel non armati; veniendo ibidem, morando et perhendinando, et exinde ad propria redeundo, ac servientes, equos, res, bona, jocalia, libros, literas et hernesia sua quæcumque, absque dampno eis per nos, gentes seu subditos nostros facienda, vel fieri permittenda, et absque impeditione eis vel alicui eorum danda, in corporibus sive bonis, quacumque de causa, in salvum et securum conductum nostrum ac in protectionem, tuitionem et defensionem nostras speciales, proviso semper quod ipsi quicquam quod in nostrum contemptum vel præjudicium, aut populi nostri dampnum, aliqualiter cedere valeat non attemptent, nec faciant quomodolibet attemptari; quodque ipsi nullum castrorum, ffortaliciorum seu villarum nostrarum firmatarum, absque speciali licentia capitaneorum eorumdem, intrent quovis modo. In cujus, etc. . . . . usque festum Sancti Andreæ proxime futurum duratura.

Teste Rege. In exercitu suo, ante civitatem Rothomagensem, xiiii° die octobris.

Per ipsum Regem.

CLXXXVIII. (26 octobre 1419.)

LETTRE

DE HENRI V, ROI D'ANGLETERRE,

Par laquelle il nomme des commissaires pour traiter de la paix définitive avec les commissaires du Dauphin, régent du royaume de France. (Rymer, Suppl. H. V, t. 3, n° 56. — Bréq. t. LXXX.)

Rex omnibus ad quos, etc. salutem, et fidem indubiam præsentibus adhibere.

Cum illustris princeps Dauphinus de Vienna, consanguineus noster et adversarii nostri Ffranciæ filius, ac regens Ffranciæ, ut dicitur, nuper desideraverit tractare et communicare una nobiscum, seu nostris commissariis quos ad hoc duceremus eligendos, ea que pacem perpetuam et tranquillitatem utriusque regni possunt concernere, prout ex suorum quorumdam accepimus relatione nobis facta; nosque ob reverentiam Dei qui ad pacem firmandum bellum spontaneus iniit, ad evitandum sanguinis cristiani effusionem, aliaque dampna irreparabilia que dire guerrarum voragines deduxerunt, et deducent verisimiliter in futurum, si remedium in illa parte congruum nullatenus apponatur, et ad finem quod nos, tempore nostro, nostris subditis pacem præparemus : ad tractandum, communicandum et procedendum de et supra hujusmodi pace perpetua cum ambassiatoribus, nunciis et commissariis dicti dauphini, consanguinei nostri, regentis, ut dicitur, nostros præbemus consensum et assensum. Unde nos, de ffidelitate, prudentia, circumspectione et industria reverendissimi in Christo patris domini Henrici, Dei gratia Cantuariensis archiepiscopi, totius Angliæ primatis et apostolicæ sedis legati; venerabilis patris domini Henrici, eadem gratia episcopi Cicestrensis; carissimorum consanguineorum nostrorum Ricardi,

comitis Warwyk, et Thome, comitis Sarum; dilectorum et fidelium nostrorum Johannis de Gray; Henrici Fitz-Hugh, camerarii nostri; Walteri Hungerford, senescalli hospitii nostri: Willielmi Bourchier; magistri Philippi Morgan, cancellarii nostri Normannie; Roulandi Leynthale, et magistri Johannis Kempe, custodis privati sigilli nostri; necnon dilectorum nostrorum Thome Chanciers, Willielmi Alynton, armigerorum, et magistri Johannis Stokys, legum doctoris, consiliariorum nostrorum, et eorum cujuslibet plenarie confidentes, ipsos quatuordecim, sex, quatuor, aut tres eorum, nostros fecimus, ordinavimus et deputavimus, ac ffacimus, ordinamus et deputamus certos et indubios ambassiatores, nuncios et commissarios, per præsentes dantes et concedentes eisdem quatuordecim, sex, quatuor, vel tribus eorumdem, plenam potestatem, auctoritatem et mandatum speciale, pro nobis et nomine nostro, una cum ambassiatoribus et commissariis prædicti dauphini, consanguinei nostri, regentis, ut dicitur, plenam et sufficientem in hac parte potestatem ab eodem habentibus, de et super hujus modi pace finali ac omnibus et singulis incidentibus, emergentibus, dependentibus et connexis ab eadem, et generaliter super omnibus et singulis, quietem, tranquillitatem et pacem utriusque regni concernentibus, in omnibus et singulis locis, ac totiens quotiens eis quatuordecim, sex, quatuor aut tribus eorumdem videbitur expedire, conveniendi, communicandi et tractandi; eaque omnia et singula, pro parte nostra, ad perpetuam rei memoriam et pacis perpetuæ firmitatem plenariam finaliter terminandi et concludendi; necnon de et super omnibus et singulis, ab eisdem ambassiatoribus nostris quatuordecim, sex, quatuor aut tribus eorumdem, cum ambassiatoribus, deputatis seu nunciis dicti domini dauphini, consanguinei nostri, regentis, ut dicitur, in præmissis, vel eorum aliquo, appunctuatis, concordatis seu conclusis, per nos bene et fideliter observandis, in animam nostram jurandis, literas etiam sigillatas, obligaciones, et alterius cujuscumque generis securitates et cautiones, in hac parte conventas, requisitas seu concordatas, pro nobis et nomine nostro dandis, faciendis et exponen-

dis; quas parem et eundem affectum et vigorem habere volumus, ac si nos in persona nostra eas daremus, faceremus et exponeremus : et consimile juramentum in animam dicti dauphini, consanguinei nostri, regentis, ut dicitur, litteras, obligaciones, securitates et cautiones alias sufficientes, et in hac parte nobis necessarias, nobis et nomine nostro ab ambassiatoribus dicti dauphini, consanguinei nostri, petendi, recipiendi et obtinendi; ac quoscumque tractatus per eos, cum dicti dauphini, consanguinei nostri, regentis, ut dicitur, deputatis, seu nunciis, captis sive habitis, prout eis quatuordecim, sex, quatuor vel tribus eorumdem expedire videbitur, prorogandi et continuandi; et generaliter omnia et singula facienda, exercenda et expedienda que in præmissis, vel circa ea, seu eorum aliquo necessaria fuerint, seu quomodolibet oportuna, etiam si de se mandatum magis exigant speciale. Et promittimus bona fide, et verbo regio, ac sub ypoteca et obligacione omnium bonorum nostrorum præsentium et futurorum, nos ratum, gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid per dictos nostros ambassiatores quatuordecim, sex, quatuor aut tres eorum, actum, gestum seu procuratum fuerit in præmissis et singulis præmissorum. In cujus, etc......

Teste Rege. In exercitu suo, ante civitatem Rothomagensem, xxvi^o^ die octobris.

Per ipsum Regem.

CLXXXIX.

(26 octobre 1419[1].)

LETTRE

DE HENRI V, ROI D'ANGLETERRE,

Par laquelle il nomme des commissaires pour traiter de son mariage avec Catherine, fille de Charles VI, roi de France. (Rymer, Suppl. H. V, t. 3, n° 57. — Bréq. t. LXXX.)

Rex omnibus ad quos, etc. salutem.

Sciatis quod nos de ffidelitate, circumspectione et prudentia reverendissimi in Christo patris domini Henrici, Dei gratia Cantuariensis archiepiscopi, totius Anglie primatis et apostolice sedis legati (et les autres députés nommés dans la lettre n° CLXXXVIII), consiliariorum nostrorum, plenarie confidentes, ad tractandum et communicandum cum procuratoribus, parentibus et amicis inclite puelle, domine Katerine, filie consanguinei et adversarii nostri Ffrancie; et presertim cum illustri principe Dauphino Viennæ, consanguineo nostro, regente Ffranciæ, ut dicitur, suisve ambassiatoribus, nunciis seu procuratoribus, potestatem ab eo sufficientem in ea parte habentibus, de et super sponsalibus aut matrimonio inter nos et dictam dominam Katerinam contrahendis; necnon de dote, dotalicio, donatione propter nuptias, ac arris in hac parte dandis et constituendis, et eorum singulorum qualitate et quantitate, ac etiam de terminis, modis et locis solutionum et satisfactionum de eisdem, et quanto tempore expensis parentum et amicorum debeat sustentari; necnon ad quem locum predicta domina, ac quando, et cujus expensis, et sub qua forma,

[1] Par la lettre précitée n° CLXXXVI, datée du mois de juin, le roi Charles VI avait prorogé jusqu'à la Toussaint l'engagement de ne marier sa fille Catherine qu'avec le roi d'Angleterre qui, en effet, épousa la princesse de France. (J. J. C. F.)

per parentes et amicos debeat transmitti, conveniendi et concordandi; et ea que sic tractata, conventa et concordata fuerint, quatenus ad nos attinet, omnimodis securitate honesta et legitima, nomine nostro firmandi, similemque securitatem nomine nostro petendi, stipulandi et recipiendi, ceteraque omnia et singula faciendi et exercendi, et expediendi, que in premissis et circa ea necessaria fuerint, vel oportuna, et que qualitas hujusmodi negotii et natura exigunt et requirunt, et que nos faceremus, seu facere possemus, si personaliter ibidem presentes essemus; etiam si mandatum exigant quantumcumque speciale, predictos reverendissimum patrem Henricum, carissimos consanguineos nostros Ricardum et Thomam; dilectos et fideles nostros Johannem et Henricum, Willielmum, Philippum, Roulandum, Johannem, Thomam, Willelmum et Johannem, quatuordecim, sex, quatuor aut tres eorum, nostros veros, legitimos et indubios procuratores, negociorum gestores et nuncios speciales ffacimus, ordinamus, creamus et constituimus per presentes; promittentes in verbo regio nos ratum et gratum habituros, perpetuis temporibus, quicquid per procuratores nostros predictos quatuordecim, sex, quatuor aut tres eorum, actum, gestum, procuratum fuerit in premissis et singulis premissorum, ipsosque procuratores et nuncios nostros, et eorum quemlibet, ab omni onere satisdandi, expresse tenore presentium relevamus.

In cujus, etc.... Teste Rege. In exercitu suo ante civitatem Rothomagensem, xxvi^o^ die octobris.

Per ipsum Regem.

CXC.

(4 décembre 1419.)

RELATION

Des démarches que le Dauphin, fils de Charles VI, roi de France, fit auprès du pape Martin V, au sujet de l'assassinat du duc de Bourgogne, et des dispositions du pape à cet égard. (Biblioth. Cotton. Cleopatra, E. 11, f° 356. — Bréq. t. LXXX.)

Rheuma veritatem dicam et non mentiar.

Die lune, que fuit quarta mensis decembris, in exitu consistorii secreti, coram domino nostro, induto plumali suo, presentibus XIX cardinalibus et domino vicecamerario, et nullis aliis : domini, episcopusLeon, et Guillelmus de Moillone, miles, ambaxiatores Dalphini, associati procuratoribus Dalphini et regine Cecilie (dicto) Parigault, et non pluribus, proposuerunt que sequuntur :

Primo, quod ex parte Dalphini venerunt ad visitandum dominum nostrum papam;

Item, quod ipsum dominum Delphinum haberet recommandatum;

Item, quia ad noticiam Delphini venerat quod aliqui exposuerunt aliqua pape concernentia mortem domini ducis Burgundie, ejus consanguinei, que erant falsa, saltem in parte, volebant eum ad excusacionem et ignorantiam dicti Dalphini informare de veritate, sicut casus fuit.

Item, fuerunt protestati quod dicenda non intendebant dicere ad diffamationem alicujus, presertim prefati domini ducis Burgundie, quia infamia sua reddundaret ad infamiam prefati domini Dalphini et corone de qua originem traxit, sed solam veritatis informacionem.

Item, regraciati sunt pape eo quod de Constancia Parisius misit suos sollempnes ambaxiatores, videlicet dominos cardinales de latere, qui fuerunt principium pacis et occasio obviandi multis malis.

Item, quod subsequenter dicta pax fuit conclusa in manibus domini episcopi Leonensis olim. Deinde, quum dominus dux Burgundie et Dalphinus simul convenerunt, fuit juramentis firmata et vallata, modis firmioribus qui potuerunt excogitari, ut patet in capitulis ipsius pacis.

Item, quod Dalphinus pacem tenuit ad unguem et modo quo fuit firmata et tenere intendit et observare duci moderno, consanguineo suo, et eum tractare omnibus favoribus quibus poterit, et prerogativis extollere.

Item, quod in capitulis pacis fuit dictum quod infra certum tempus post pacem juratam, debebat deffidare regem Anglie.

Item, quod infra certum tempus debebat cassare omnes munitiones quas habebat in certis locis, et predicta loca dimittere.

Item, fuit causa captionis Pontisare.

Item, certas conventiones quas prius habebat cum rege Anglie debebat cassare, et eis renuntiare, et pro posse annullare.

Item, post pacem firmatam renovavit et confirmavit regi Anglie certas convenciones et capitula que inter se habebant, et super hoc idem Dalphinus dicitur sibi ostendisse litteras manu propria scriptas.

Item, exposuerunt occisionem factam Parisius, non tamen dictum dominum ducem de hoc expresse inculpando.

Item, tetigerunt de morte ducis Aurelianensis; dicentes quod quamdiu vixit, regnum floruit, et post ipsius mortem, semper fuit in tribulacione. Sed cujus culpa expresse non dixerunt.

Item, quod idem dux Burgundie tria capitula non servavit, violendo pacem et contra operam veniendo; quod facere non debuit, eciam si nulla pax intervenisset, propter multa;

Et primo, quia, cum ab initio fuerit sine terra, rex dedit sibi multas terras et de proprio matrimonio, ut apparet in terris quas possidebat.

Item, propriis peccuniis regni reddemit eum ab infidelibus.

Item, sumptibus regis et ejus auxilio, ipse debellavit Flammingos et obtinuit victoriam.

Item, liberaliter remisit mortem sui fratris domini ducis Aurelianensis.

Item, quamdiu vixit dominus dux Philippus, rex tenuit eum tanquam fratrem, gubernavit quemadmodum voluit, quibus acemis[1] dux mortuus multum fuit obligatus regi et corone.

Item, dixerunt quod dux Burgundie fecit stare Dalphinum loco de Monstereaul, ubi erat pestilencia, et, ut creditur, ad finem quod ibi moriretur, xviii diebus.

Item, dixerunt quod tandem idem dux venit ad dictum locum de Monstereaul et voluit habere castrum dicti loci.

Item, quando simul convenerunt, Dalphinus fuit eum aloquutus per hec verba : « Carissime consanguine, ego miror de vobis qui debuistis incontinenti venire, et fecistis me stare hic tot diebus in loco pestilencio, et cicius venissetis si voluissetis, attento quod eratis prope, ad quinque leucas. » Cui dux respondit : « Domine carissime, ego veni quando potui; » dicens ulterius : « Forte melius esset quod essemus cum domino meo rege, patre vestro, et ibi ordinare agenda contra Anglicos. »

Item, Dalphinus replicavit : « Ego melius sto hic quam cum ipso, et pro utilitate ipsius; et si essem alibi deberet me huc mittere; sed ego miror de vobis : vos debuistis deffidare Anglicos et non fecistis.

« Item, fecistis talia et talia, ut in tribus capitulis continetur. » Qui dux respondit : « Domine, ego non feci aliquid quod non debuerim facere. » Dixit Dalphinus : « Certe ymo; » alter : « Certe non. » Hiis verbis stantibus, dixerunt quod dominus dux posuit manum ad ensem, et tunc insurrexit rumor in quo fuit occisus.

Item, est notandum quod quocienscumque fuerunt loquuti de domino duce Burgundie, semper dixerunt : consanguineum Dalphini.

Item, obtulerunt domino nostro pape, regem, regnum et dominum Dalphinum, castra et loca, etc. . . .

Item, notandum quod non fuerunt loquuti de restitucione obediencie.

[1] Sic in manuscripto. B.

Item, quod habebant alias litteras domino nostro presentandas, et sibi soli, pro parte domini Dalphini aliqua exponere.

Supplicaverunt postea eidem domino nostro et dominis cardinalibus, ut propter honorem regis et regni ac corone regalis, ista materia non deduceretur in publicum, videlicet quod audiencia publica nemini super hoc dare vellet. Et dicitur dictum dominum nostrum respondisse in hec verba : « Doluimus et dolemus quantum possimus de morte tanti principis, et de modo et de casu. »

Item, « quod habebit semper regem et regnum ac Dalphinum re vomiss[1], et utinam dictus Dalphinus non esset conscius de morte, et pro honore suo. »

Item, « quod dicerent eidem Dalphino ex parte sui quod eum rogabat ut insequi vellet vestigium suorum progenitorum. »

Quidquid ambaxiatores insteterunt et continue instant super ulteriori responcione habenda, videlicet, super illo articulo quod non deducatur in publicum; sed dominus noster, qui, eciam per amicos et servitores domini ducis sollicitatus et redditus attentus, extitit. secundum quod sentire potuimus, non respondebit eis ad quesitum, etc. . . ., nec credimus quod pro aliquo mundi illud concedat, et in hoc tenemus et tenebimus manum.

Petunt dicti ambaxiatores audienciam secretam, eis per solum dominum nostrum dandam, supplicaturi eidem ut dictum Dalphinum vellet declarare penas et sententias in tractatu pacis contentas non incurrisse, ipsam ab illis sententiis seu penis, in quantum indiget, absolvendo, et hoc faciendo, parati sunt obedienciam totalem ex parte domini Dalphini sibi facere, alias non; ymo dubitant quod obediat Petro de Lunas; et hec scita fuerunt ab uno ipsorum ambaxiatorum per unum bonum et verum amicum dicti domini mei ducis, quem tamen dicti ambaxiatores reputent amicum Dalphini.

Item, notandum quod hic fertur publice, et est verum, quod qui-

[1] Sic in manuscripto. B.

dam Gingo[1] Flandrini fuit ad dictum Dalphinum, pro parte dicti Petri de Luna, et transivit per Tholosam.

N. B. Copié sur l'original en papier; on lit en tête et d'une main différente : *8 H. S. toward the end.* L'écriture est du xv[e] siècle. B.

CXCI.

(1419.)

LETTRE

PROJETÉE PAR LE CONSEIL D'ANGLETERRE

Pour déclarer au roi de France que, faute par lui d'accepter les articles de paix proposés, le roi d'Angleterre entendait faire valoir tous ses droits. (Cette lettre devint inutile au moyen de la convention du 15 mai 1419.) (Rymer, Suppl. H. V, t. 3, n° 24. — Bréq. t. LXXX.)

Ista littera fuit avisata per consilium domini nostri Regis, et debuisset transmitti adversario suo Ffranciæ, si conventio dicti domini Regis et adversarii sui Ffranciæ, inter Medontem et Pontisaram, xv° die maii jam proxime venturi, fienda non fuisset capta.

Mediator Dei et hominum, Christus Jhesus a summis ad yma descendens, in hujus mundi agone belli acerbissimi diris voraginibus se commisit, ut, finem belli, pacem, populo suo periclitanti et in umbra mortis sedenti, hominibus que bonæ voluntatis, indiceret; ac, rupta pacis fœdera inter Deum et hominem, ipsius dissidii causa originali remota, justitiæ mediis reformaret. Cujus actione instructi in regni nostri primordiis, deliberato corde pensantes principes populorum non sibi soli, sed reipublicæ nasci, ut subjectorum quietem, suis erumpnis, laboribus et vigiliis non parcentes, exquisitis remediis excogitent providere.

Causas proinde guerrarum, et dissidii inter Franciæ et Angliæ inclitissima regna ipsorumque regnicolas diutius continuati, coram nobis et nostro magno consilio recensentes, maximam præcipuamque

[1] Sic in manuscripto.

ac fontalem experimus fuisse et esse causam, recolendæ memoriæ progenitorum nostrorum ac nostræ hæreditatis et jurium ad coronam Franciæ, penes vestram serenitatem et progenitores ejusdem detentionem injustam; quam profecto causam progenitor noster inclytissimæ memoriæ, Edwardus, per se et maximum consilium suum, magnæ conscienciæ viros, in jure divino et humano summe instructos, penes quos maxima sapientia viguit et quibus tunc factum recenserat et ad oculum patuit, iterum et iterum examinari fecit, ac omni remoto scrupulo pro parte sua, didicit fore justam, atque eandem sic redderet justiorem, adversarium suum Ffranciæ, tunc realiter et de facto incumbentem solempni et instanti requisitioni, modis et fformis debitis ac in hujus modi negotio convenientibus, nitebatur inducere, quatenus, considerato quod dicta regna inclita temporalem judicem sibi non recognoscerent superiorem, præfatam hereditatem suam, coronam et regnum Ffranciæ, cum suis juribus et pertinentiis, jure directo successorio sibi et hæredibus suis debita (citra bellorum remedia ad quæ, ob continuatam injuriam atque justitiam denegatam, ultimate oportuit in hoc casu habere recursum), sibi præfato nostro inclitissimo progenitori Edwardo redderet, ac omnium eorumdem vacuam et expeditam possessionem dimitteret realiter eum effectu.

Et quia, post tantas et tales instantias ac requisitiones, nullum congruum poterat habere responsum, tunc primum bellum justum suum et præmissorum occasione causatum, indixit et prosecutus est, et prosecutione ejusdem omnipotens Dominus suam justiciam ostendit, victorias quamplurimas concedendo; adversarioque prædicto postea in bello campestri sibi subacto, tandem eum, eodem de avisamento procerum et magnatum utriusque regni, pax magna et perpetua inter duo regna fuerat concordata, et per annos plurimos observata; omnibus in eadem pace contentis parti dicti nostri inclitissimi progenitoris attributis, eidem realiter liberatis, ac per nonnulla tempora possessis ab eodem pacifice et quiete; cujus pacis tenorem, sub sigillis dicti adversarii et sui primogeniti, in pace et otio infra regnum Franciæ tunc in sua libertate existentium, sigillatum penes nos habemus.

Quæ profecto pax, mediante seminatore zizanniæ humani generis inimico, postea non fuerat observata; cujus occasione et pretextu ad iterata guerrarum incommoda fuerat revolutum; in quibus Christianorum sanguis non modicus lamentabiliter est effusus, cultusque divini substractio, animorum ac morum distractio, et alia innumerabilia corporum, utinam non animarum! pericula sunt secuta. Nos igitur, in præfatis regni nostri primordiis, præmissa et alia quæ ex eisdem verisimiliter sequi possent, ad animum revocantes, ac quietem populi nobis subditi, prout astringimur, procurare volentes, ut tantam dissidii ac bellorum causam penitus amovere possemus, quamplurimas duximus noctes insompnes, summo studio affectantes pacis dulcedinem quærere sine bello, et, ea propter, ambassiatores varios magnique status ad vestræ serenitatis præsentiam decrevimus destinandos, prout frequenter transmisimus cum effectu, per quos vestræ serenitati, præmissis protestationibus (in talibus fieri consuetis) de non præjudicando juri nostro, fecimus aperiri quod, pro desiderata pace finaliter consequenda, præfata magna pace et contentis in eadem, viis et modis in ipsa plenius expressatis, volumus contentari. Quæ tamen obtinere nequivimus, sed fuerant nobis sæpius denegata, prout in tractatibus et responsionibus, per vestram serenitatem et ambassiatores ac commissarios ejusdem, nobis et præfatis ambassiatoribus nostris inde factis, liquet manifeste.

Cujus denegationis prætextu, unum de duobus necessario evenire conspeximus : aut jus nostrum hæreditarium negligenter omittere, aut ad guerrarum, in hoc casu justa remedia, quamvis inviti et causative coacti, realiter convolare. Quo circa, præmissa omnia et singula in parliamento nostro, coram singulis statibus regni nostri, fecimus recitari, ipsorum in hac parte finale consilium requirentes, nonnullis doctoribus sacræ paginæ ac utriusque juris canonici et civilis, aliisque viris literatis et maximæ conscientiæ præconsultis; qui omnes, ponderatis præmissis matureque digestis, finaliter consulebant ne jus nostrum ad regnum et coronam Ffranciæ, cum suis juribus et pertinentiis universis, tam clarum, tamque notorium, tamque gloriosis

triumphis, temporibus progenitorum nostrorum adeo declaratum, quomodo libet haberemus neglectum; quin magis per omnes vias accommodas ac juris et ffacti remedia quæcumque, ad dictum jus nostrum consequendum intenderemus realiter et cum effectu.

Omnipotens igitur Deus, qui nemini in sua justitia defuit, nostram prosecutionem justam, ac pro pace habenda diligentiam adhibitam pie considerans, nobis in partibus Normanniæ applicantibus gratiosissimum suum adjutorium aperuit, ac villam nostram de Hareflieu, et alia ad jus nostrum facientia toti mundo notoria, nobis concesserat gratiose; cujus laudem ipsi Deo devote deferimus ac gloriam et honorem. Subsequenterque, antequam regnum nostrum Angliæ eramus ingressi, carissimi consanguinei nostri Aurelianensis et Burbonensis duces, et alii prisonarii Franciæ in potestate nostra tunc existentes penes nos, maxima instantia laborarunt, supplicantes, quatinus adhuc de novo ambassiatores serenitatis vestræ pro bono pacis curaremus admittere, nosque attendentes justi belli finem fore pacem, ad hujusmodi pacis tractatum annuimus, læto corde; qui duces consanguinei nostri postea retulerunt ad hoc faciendum literas quas vestræ serenitati direxerant, ipsam tamen ad hoc non senserant inclinatam.

Nobis deinde infra regnum nostrum Angliæ constitutis et aliquamdiu moram ibidem facientibus, accessit ad idem regnum nostrum christianissimus et inclitissimus princeps rex Romanorum, frater noster carissimus et, in ejus conductu, reverendus in Christo pater archiepiscopus Remensis, qui pro concordia inter nos et Ffranciæ regnum consequenda vices suas benigniter adhibuit et eam diligentissime procuravit; advenienteque deinde ad idem regnum nostrum carissimo consanguineo nostro Willielmo, duce Bavarriæ, Annoviæ, Holandiæ, et Zelandiæ comite, cum eodem illustrissimo principe rege Romanorum, in præsentia dictorum reverendissimi patris et ducis, collocutiones diversas et communicationes in materiis prædictis habuimus personales, et tandem pro parte nostra fecimus aperiri quod, retenta penes nos et hæredes nostros villa de Hareflieu prædicta, et habitis possessionibus et proventibus dictæ villæ circumvicinis, quæ ad congruam custodiam

ejusdem sufficere possent, ac contentis in magna pace, de qua superius fit mentio, præmissis semper protestationibus inhærentes, ad desideratam concordiam eramus finaliter inclinati.

Habitisque deinde ibidem inter nos nonnullis tractatibus, tandem, pro ultimato et pacis finalis summo et maximo bono, appunctuata fuerat vestræ serenitatis et nostræ, in marchia Picardiæ, conventio personalis; quam appunctuationem eadem vestra serenitas, literis dicto ffratri nostro Romanorum regi transmissis, laudavit, et eidem consensum adhibuit cum hoc quod, pro concludendis modo, fforma, loco et tempore ejusdem, ad certum diem in civitatem Belluacensem nostros ambassiatores transmittere curaremus : quod utique perfecimus, ambassiatores nostros ad locum et tempus concordatum, una cum nunciis præfati Romanorum regis, realiter transmittentes; qui de proposito frustrati ad nos continuo redierunt. Quo modo autem dictæ conventionis ruptura facta fuerat aut qua occasione, novit vestræ serenitatis consilium, et saltem novit ille qui nichil ignorat, scrutator cordium, summus judex.

Et postremo, cum nec sic in pacis prosecutione poteramus proficere, ad iterata guerrarum remedia advolare compulsi, pro præfato jure nostro prosequendo exercitum coadunavimus, et in ducatum nostrum Normanniæ applicuimus, Deo duce. A quo tempore juxta castrum nostrum de Tuke et coram villa nostra de Falois, in obsidione ejusdem, apudque villam de Pount de l'Arche, in præsentia reverendi patris domini cardinalis de Ursinis, et deinde in Medonta primo, et subsequenter in civitate Rothomagensi, in præsentia carissimi fratris nostri, ducis Britanniæ, varios et diversos vestros ambassiatores et nuncios gratanter recepimus, et cum eisdem conferri fecimus pura ffide; ac, ne tractatus hujusmodi diutius tenerentur sine ffructu, finalem nostræ mentis intentionem, quoad pacem et concordiam hujusmodi, diversis ambassiatoribus vestris in nostra præsentia existentibus, fecimus aperiri, videlicet quod, ob Dei reverentiam ac quietem subditorum nostrorum procurandam, nec non sanguinis christiani effusionem pro viribus evitandam, si vestra serenitas contenta in magna pace, de

qua prædicitur, modis ac fformis in eadem plenius expressatis, ac totum nostrum ducatum Normanniæ, quem modo nostris manibus habemus in effectu, cum suis juribus et pertinentiis universis, una cum terris et possessionibus quas in præsenti guerra nostra adquisivimus inaliis partibus Ffranciæ et manibus nostris existentibus, nobis et hæredibus nostris, perpetuo et pacifice possidenda realiter et effectualiter dimitteret, et eadem liberaret, quamvis in comparatione cæterorum jurium nostrorum modica existant, præmissis protestationibus semper firmiter inhærentes. Quoad alia jura et hæreditates nostra, per vestram serenitatem detenta et occupata, taliter nos moderare voluimus, quod vestra serenitas et totus mundus rationabiliter debeant contentari ; in qua re, licet ipsum diu expectaverimus, nullum adhuc congruum habemus responsum.

Unde, serenissime princeps, cum per tractatus concordiæ, de quo dolemus, amplius huc usque proficere non potuimus; sed causatis dilationibus, ac exquisitis coloribus per vestram serenitatem in eisdem pro parte vestra adhibitis, semper dum pacem quæsivimus turbatio supervenit. Ne forte per incuriam aut negligentiam dictorum ambassiatorum vestrorum aut ipsorum forte non debitum intellectum, dicta nostra apertura sive oblatio per nos facta, ad aures vestræ serenitatis pervenerit, aut, quod nollemus, minus debite intellecta fuerit ut de nostra plenaria intentione vobis constare debeat, et, ut omnem maculam caritatis offensivam ab oculis Dei et hominum auferamus, nec aliquod de contingentibus aut necessariis ad concordiam et pacem conniventibus oculis omittamus, præfatam nostram aperturam, sive oblationem, sub terminis prædictis, dictis ambassiatoribus vestris factam, ex habundanti vestræ serenitati aperimus et iterum hiis literis nostris offerimus, et ipsam observare intendimus, et ad eam realiter intendimus : si tamen vestra serenitas ad eam vestrum consensum et assensum præbuerit et adeo consimiliter nobiscum absque moræ dispendio intendere voluerit cum effectu.

Alioquin, ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc, vestram serenitatem requirimus et peremptorie summamus, quatinus,

effusioni sanguinis christiani similiter comparcentes, regnum et coronam Franciæ cum suis juribus et pertinentiis universis, nobis vero et indubitato hæredi eorumdem, hæreditario jure, nobis debita, realiter et effectualiter liberetis, ac vacuam et expeditam possessionem eorumdem dimittatis, et quod ab omni inquietatione, molestatione seu perturbatione quibuscunque, quominus liberam possessionem et dispositionem, seu quasi dictorum regni et coronæ, juriumque et pertinentium eorumdem apprehendere et nos apprehendi facere, et libere gaudere possimus, per vestram serenitatem aut vestros quomodolibet faciendis, desistatis, et per vestros desisti faciatis realiter et cum effectu; vobis tenore præsentium intimantes quod, si caritativa monitione, requisitione, et summatione finali nostris per vos neglectis, ad ampliora gravioraque guerrarum incomoda, mora, culpa et injustitia vestra præcedentibus, inviti quodam modo et causative coacti, progredi nos contingat, vulgi miserabilis ex hac causa compressio, horrendaque sanguinis christiani effusio, et alia que verisimiliter eventura sunt pericula, et eorumdem in cœlum clamor validus coram summo judice, quem in nostræ innocentiæ testimonium suppliciter invocamus, non nobis aut parti nostræ, qui pura fide et intentione non ficta pacem semper quæsivimus, sed vestræ serenitati et ejusdem consilio poterit et debet rationabiliter imputari [1].

N. B. Le manuscrit Cottonien dans lequel Rymer a pris cette pièce, est un de ceux que l'incendie a détruits.

[1] Peu de temps après, le roi d'Angleterre informa le roi de France que si après huit jours, à compter de celui où sa lettre lui sera remise, il n'exécute les conventions des 12 et 29 mai (1419), il se tient lui-même dégagé desdites conventions. (Rymer, Suppl. man. H. V, t. 3, n° 31. — Bréq. t. LXXX, et ci-après, n° CXCIV.)

CXCII. (1419.)

FORMULE DE PROTESTATION

DES COMMISSAIRES DE HENRI V, ROI D'ANGLETERRE,

Dans leurs négociations avec la France. (Rym. Suppl. Mss. H. V, t. 3, n° 30. — Bréq. t. LXXX.)

FORMA PROTESTATIONIS QUÆ PRÆMITTI [DEBET] IN TRACTATIBUS PACIS.

Ego G. V. nomine meo et collegæ mei, protestor quod non est intentionis metuendissimi domini nostri per aliqua, a nobis conjunctim vel divisim dicenda, fferenda, seu scribenda, obligare eundem dominum nostrum supremum, aut eidem præjudicare, seu juri suo quod habet in terris, dominiis, juribus seu rebus quibuscunque, quæ possidet de præsenti in regno Ffranciæ, aut quæ inclitæ memoriæ sui progenitores reges Angliæ tenuerunt in eodem regno Ffranciæ, priusquam jus eis competeret ad ipsum regnum et coronam ejusdem, nec etiam juri in eis corona et regno sibi competenti, nisi et quatenus contigerit, in ea parte, concorditer appunctuari; ymo quod omnia per nos sic dicenda, ferenda et scribenda habeantur pro non dictis, non oblatis et non scriptis (illis, quæ in hujusmodi concordiæ appunctuamento continebuntur, dumtaxat exceptis).

N. B. Le manuscrit de la bibliothèque Cottonienne d'où Rymer a tiré cette pièce et plusieurs autres, a péri depuis dans un incendie. B.

CXCIII. (1419.)

RATIFICATION

PAR LE DUC DE CLARENCE

Du traité définitif de paix entre la France et l'Angleterre. (Rym. Suppl. Mss. H. V, t. 3, n° 23. — Bréq. l. LXXX.)

LITERÆ APPROBATORIÆ ET AFFIRMATORIÆ DOMINI THOMÆ, DUCIS CLARENCIÆ, FACTÆ DE ET SUPER PACE FINALI INTER FRANCIÆ ET ANGLIÆ REGNA.

Nos Thomas, dux Clarenciæ, etc. universis Christi fidelibus has literas nostras inspecturis, notum facimus per præsentes nos vidisse, legisse et diligenter inspexisse literas patentes illustrissimi ac invictissimi domini nostri Henrici, Dei gratia regis Angliæ, hæredis et regentis regni Ffranciæ, ac domini Hiberniæ, tenorem qui sequitur continentes.

« Henricus, Dei gratia, etc. »

Quarum quidem litterarum sacratissimam, pacificam atque tranquillam et toti christianitati profuturam seriem, suprema nostræ mentis aviditate et totis præcordiis amplectantes, earumdem litterarum continentiæ ac omnibus et singulis contentis, conclusis et conventis et concordatis in eisdem literis, nostros puros et simplices damus et præbemus assensum, consensum et voluntatem, et ea omnia et singula, quantum in nobis extat, rata et grata habemus pariter et accepta; promisimusque et promittimus in verbo principis, necnon ad sancta Dei euvangelia per nos corporaliter tacta, pro nobis et hæredibus nostris imperpetuum, quod ea omnia et singula plene et fideliter custodiemus et observabimus, et eadem, pro posse nostro, sic faciemus ab aliis om-

nibus et singulis, perpetuis futuris temporibus, observari, quodque nullo unquam tempore directe vel indirecte, publice vel occulte, in judicio vel extra judicium, quocunque modo seu colore, veniemus aut veniri consentiemus in contrarium præmissorum, aut alicujus eorumdem; sed omnibus viis, modis et mediis, tam juris quam facti, nos opponemus et resistemus hiis omnibus et singulis et eorum in ea parte machinationibus, qui in contrarium præmissorum aut alicujus ex eis proponere, facere, conabuntur aut attemptare. In quorum omnium fidem et testimonium, etc.

Consimiles litteras, mutatis terminis, fecit dux Burgundiæ domino nostro regi.

N. B Le manuscrit Cottonien duquel Rymer avait tiré cette pièce, est un de ceux que le feu a détruits. B.

CXCIV. (1419.)

LETTRE

DE HENRI V, ROI D'ANGLETERRE,

A CHARLES VI, ROI DE FRANCE,

Pour lui notifier que si, dans la huitaine à compter du jour où ladite lettre lui sera remise, il n'exécute pas les conventions des 12 et 29 mai 1419, lui-même se tient dégagé desdites conventions. (Rymer, Suppl. Mss. H. V, t. 3, n° 31. — Bréq. t. LXXX.)

NOTIFICATIO DISSOLUTIONIS CONVENTIONIS REGUM, ET PROROGATIONIS FACTÆ, DE QUA FIT MENTIO IN ALIA LITERA (N° CXCI).

Henricus, Dei gratia, etc. serenissimo et illustrissimo principi Karolo, consanguineo nostro Ffranciæ. Sedulo nostræ mentis revolventes intuitu, non sine visceribus compassivis, quod innumeris malis originem et fomentum diutina ministrat guerrarum tempestas, quas inter

inclita Ffranciæ et Angliæ regna, ob defectum justitiæ, maxima pacis solitæ proscriptio suscitavit, ad ipsius reformationem, qua nichil posset in creatis delectabilius concupisci, et pro sedanda clade intestina fidelium, in quantum nostrarum virium se extendit facultas, operas adhibere sategimus efficaces. Ad hoc enim propositi nostri continua in hanc horam anelavit sinceritas, præsertim ex quo, volente Deo, ad regalis fastigii diadema conscendimus; ad hanc nostra in dies sitivit intentio, nam pacis obtentu bella gessimus, hujus desiderio gladio nos accingere curavimus militari, cum ad guerrarum vobiscum ineunda certamina legalis atque licita necessitas nos coegit, non libido dominandi aut ultrix impiaque voluntas. Nec a vestra credimus excidisse memoria, quam varios et celebres pro hac pace cum consanguinitate vestra tractatus inivimus, quam diligenti etiam instinctu, per crebra nostrorum ambassiatorum oracula, super tanta christiani effusione cruoris, vos pio animo compati nostra jugis et frequens instantia requisivit, nec votiva prosperitas quam divina providencia, nostræ conscia voluntatis, nobis et armatæ nostræ voluit in hiis guerris clementius elargiri, illum cordi nostro proterviæ fomitem subinduxit, quod eo minus promptam, quin potius, si possibile sit, paratiorem ad ea quæ pacis sunt, gerimus voluntatem. Ut autem hujusmodi nostræ aviditatis fervor optatum sortiretur effectum, post tractatus prolixos inter nostros atque vestros ambassiatores et commissarios, in dictæ pacis negotio, de mense martii ultimo præterito habitos, ne tantum bonum diutius maneret in suspenso, duci Britanniæ una cum aliis ambassiatoribus vestris, xvi° die dicti mensis, in villa nostra Rothomagensi constitutis, in modum protestationis aperiri fecimus de plano intentionem nostram, videlicet quod, dummodo nobis et hæredibus nostris pacifice remanerent et dimitterentur ea omnia de quibus, in tractatu pacis finalis inchoato apud Bretigny, prope Carnotum, concordatum erat, quod inclitæ memoriæ Edwardo regi, progenitori nostro, et hæredibus suis dimitterentur et remanerent; nec non totus ducatus Normanniæ, ac omnia terræ dominia, villæ, castra et loca infra regnum nostrum Ffranciæ per nos adquisita, in reliquis ad coronam nostram Ffranciæ spec-

tantibus, ad Dei laudem et effusionem christiani sanguinis evitandam, taliter nos moderari curaremus, quod per nos non remaneret negotium pacis ineffectum; eidem nostræ protestationi pariter tunc adjecto quod, nulli unquam hominum in temporalibus subjiceremur nec quicquam bonorum, quæ tunc habuimus aut essemus imposterum habituri, teneremus nisi a solo Deo. Nostræ vero mentis intentione, per eum modum, vobis aperta, annuistis de post ex integro votis nostris in dicta protestatione nostra contentis, modo tenendi ducatum Normanniæ cum aliis infra regnum nostrum Ffranciæ per nos adquisitis, dumtaxat suppresso, prout literis vestris patentibus, quarum copia sub magno sigillo vestro penes nos remanet, in aperto continetur, ac quod super reliquis ad coronam Ffranciæ pertinentibus nobiscum ingredi velletis tractatum. Quibus etiam literis certis ambassiatoribus vestris dabatur in mandatis quod, præmissa vestro nomine nobis exponerent et offerent, nobiscumque concordarent de tempore conventionis nostræ personalis, pro finali conclusione omnium prædictorum. De qua, cum sub certis modo et fforma, ad xv diem mensis maii ex tunc proximo secuturi, concordatum fuisset, nec vos, ut pro parte vestra nobis post extitit allegatum, eam diem statutam possetis observare, nos, licet in loco concordato fuissemus eam observare parati, vestris precibus et instantiis ipsam conventionem, in penultimam diem ejusdem mensis consensimus prorogare, et ut eadem conventio speratu[m] inde pacis ffructum absque dispendiosa sui protractione produceret, nec affectus nostri puritas vos ullatenus deliteret, non longe post ejusdem conventionis initia aperuimus parti vestræ plenam nostræ mentis intentionem; quam eidem incontinenti post in scriptis fecimus liberari, continentibus quod dummodo, ut præmittitur, nobis per vos demitterentur, remanerent et fierent omnia quæ per dictum pacis tractatum inchoatum apud Bretigny dimitti debeant ac remanere et fieri præfato regi Edwardo, progenitori nostro et hæredibus suis.

Item totus ducatus Normanniæ et alia quæcunque per nos in regno nostro Ffranciæ adquisita, cum eorum omnia supradictorum juribus

et pertinentiis universis, quæ pro expressis haberentur, etiam si talia forent quæ expressionem requirerent, nec sub generalitate transirent, habenda nobis et hæredibus ac successoribus nostris, tanquam domino supremo, a nullo hominum, sed a solo Deo, ita libere ab omni subjectione et obedientia cujuscunque viventis, et ita secure, sicut nos et consilium nostrum sciremus avisare, parati fuimus et essemus vobiscum componere pacem finalem, in qua nostra mentis apertura nulla dominia, terras aut loca contineri videbitis, præter ea quæ post hujusmodi initia tractatus, pro parte vestra nobis oblata fuere, sed nec aliud quicquam exquisitæ novitatis verum, sed et ea solum de quibus protestatio nostra vestris, ut præfertur, in Rothomago ambassiatoribus intimata et in vestram de post deducta notionem, prout dictarum vestrarum literarum patentium attestatur series, vos reddidit certiores. Et si quid in eadem ambiguum generale vel obscurum reperiretis, illud nos optulimus enodare paratos. De præmissorum vero observatione prædictorum spem firmam nobis expresserant vestræ serenitatis inclitissimæque consanguineæ nostræ, vestræ conthoralis, et illustris consanguinei nostri ducis Burgundiæ, super hiis interposita juramenta in certis literis, sigillorum tam vestri quam eorum appensione munitis, frequens ad hæc et repetitæ vestræ partis assertio illa præsertim, qua secunda die conventionis antedictæ, palam nobis extitit repromissum, quod singula pro parte vestra, in hoc pacis tractatu hactenus dicta vel etiam scripta, pleno deberent effectui mancipari. Sed, proh dolor! læta spes quam concepimus, jam vertitur in desperationem; dum ut ipsa gestorum series innuit evidenter, aliud agitur et aliud agi simulatur; et sub prætento pacis effectu, id potissimum intenditur ut, exquisitis dilationum materiis, nos, cum irreparabili temporis simul et rerum dispendio, ab habendorum nostrorum jurium prosecutione frustremur; quod, divina favente clementia, studebimus præcavere. Quamobrem, vobis et vestris in ea parte commissariis quibuscunque, non sine gravi cordis lamento, illibenter et inviti, notificamus per præsentes, quod, post lapsum octo dierum a tempore quo præsentes literas nostras vobis contigerit præsentari, esse volumus et erimus omnino liberi ab

omni observatione et vinculo dictæ conventionis, ac ad divertendum a villa nostra de Medonta quocunque nobis videbitur expedire, juxta vim, fformam et effectum literarum durationis ejusdem conventionis, super hoc confectarum penultimo die mensis maii supradicti; et, quod non est intentionis nostræ seu voluntatis, prædictæ simulatæ pacis conventioni ulterius intendere seu vacare. Si vero eosdem octo dies aliquid pro parte vestra nobis effectuale demonstretur, per quod nobis apparere poterit dictæ pacis negotium debere prosperari, per nos nullatenus stabit quominus ipsum felicem, quem semper optavimus, sortiatur effectum. Post lapsum vero dictorum octo dierum nichilominus observabimus treugas seu guerrarum abstinentias inter nos concordatas per alios octo dies ex tunc proximo sequentes, videlicet ad....... diem....... inclusive.

N. B. Le manuscrit de la bibliothèque Cottonienne où Rymer a puisé cette pièce est de ceux qui ont péri dans l'embrasement de cette bibliothèque. B.

CXCV. (1419.)

DÉCLARATION

DES AMBASSADEURS DU ROI DE FRANCE ;

Ils offrent au roi d'Angleterre de lui laisser la Normandie et d'exécuter les articles du traité de Bretigny dans son entier, en faveur des espérances de la paix et du mariage de Henri V avec Catherine, fille du roi de France, et ils sont prêts à convenir d'un jour et d'un lieu pour traiter sur ce pied. (Rymer, Suppl. H. V, t. 3, n° 22. — Bréq. t. LXXX.)

Ambassiatores et nuncii serenissimi atque christianissimi principis et domini nostri, metuendissimi Ffrancorum regis, nunc in villa de Medonta existentes, instructi de voluntate ipsius metuendissimi domini nostri, qui summopere desiderat, pro evitatione effusionis sanguinis humani, discordias et omnes materias quæstionum sopiri et finaliter terminari, quæ inter ipsum et serenissimum atque excellentissimum principem consanguineum et adversarium suum regem

Angliæ, eorumque regna, subditos et populos, jam a diu versatæ sunt, sicut adhuc versantur de præsenti, sub protestationibus sæpe in hac materia factis, sub speque et intentione finalis pacis, integræ concordiæ, perpetuæ amicitiæ, stabilis confœderationis et approximationis sanguinis medio matrimonii, Domino propitiante, inter partes concludendæ, die et loco, de consensu ipsorum serenissimorum principum, aut eorum ambassiatorum, præfigendis et acceptandis offerunt, virtute potestatis eisdem attributæ, quod ipsi serenissimo ac excellentissimo principi consanguineo et adversario ipsius domini nostri, ac suis hæredibus dimittantur et remaneant omnia, de quibus, in tractatu pacis finalis, apud Bretigni prope Carnotum habito, inter inclitæ memoriæ serenissimum atque christianissimum principem, dominum Johannem, regem Ffranciæ, ex parte una, et serenissimum atque excellentissimum principem dominum Edwardum, regem Angliæ, parte ex altera, concordatum fuit, quæ debebant remanere et dimitti ipsi domino Edwardo, et suis hæredibus, una cum ducatu Normanniæ et aliis terris, villis, castris et locis, quæ de præsenti tenet ipse serenissimus et excellentissimus princeps consanguineus et adversarius ipsius metuendissimi domini nostri in regno Ffranciæ; pro quibus adimplendis, confirmandis, fine debito terminandis, securitatibusque pro utraque partium utilibus et oportunis faciendis et habendis, de consensu et voluntate partium prædictarum, parati sunt ipsi ambaxiatores diem et locum competentes et propitios, pro utraque parte offerre, capere et acceptare, quibus ipse metuendissimus dominus noster, aut ejus conthoralis, metuendissima domina nostra regina, inclitaque domina nostra, domina Katerina, eorum ffilia, et cum illis domini duces Burgundiæ et Britanniæ, necnon alii principes et barones de domo Ffranciæ, pro majore, solempniori et firmiori securitate negotii, parte ex una, et præfatus serenissimus princeps rex Angliæ, et cum eo illi de quibus suæ serenitati visum fuerit expedire, parte ex altera, et personaliter intererunt.

N. B. Le manuscrit de la bibliothèque Cottonienne qui a fourni cette pièce à Rymer est un de ceux que le feu a détruits. B.

CXCVI. (9 avril 1420.)

DÉCLARATION

DE HENRI V, ROI D'ANGLETERRE,

Pour la prolongation de la trêve qui subsistait entre la France et l'Angleterre. (*Norm. Rot.* pars 1ª, an. 8, H. V. — Bréq. t. LXXX.)

DE PROROGACIONE TREUGARUM.

Rex universis presentes literas inspecturis, salutem. Notum facimus quod, cum nuper, pro bono pacis, inter nos et serenissimum principem et consanguineum nostrum Ffrancie, ac Francie et Anglie regna, tractande et feliciter concludende, nos, ex magni consilii deliberacione et assensu, certas treugas seu guerre abstinencias cum prefato consanguineo nostro generales, tam per terram quam per mare, videlicet per terram a vicesima quarta die decembris ultimo preteriti, et per mare a vicesima prima die ejusdem mensis decembris, usque ad primum diem marcii proxime nunc elapsi inclusive fecerimus, inierimus, concordaverimus et acceptaverimus, prout in literis de et super treugis illis, hinc et inde confectis, plenius poterit apparere. Quas quidem treugas sive guerre abstinencias, certis de causis jam pluries et ultimate, usque ad quintum decimum diem instantis mensis aprilis proxime nunc futuri inclusive prorogari extendique fecerimus et elongari. Nos, pro eo, dictarum treugarum sive guerre abstinenciarum prorogatione durante, obstantibus diversis impedimentis, nondum aliquid super illa sperata pace quomodolibet appunctuatum fuerit seu conclusum, predictas treugas sive guerre abstinencias, hujusmodi in omnibus et singulis eorum capitulis, juxta vim, formam et effectum earumdem, usque vicesimum septimum diem presentis mensis aprilis inclusive, ex certa sciencia

nostra avisamentoque consilii nostri, adhuc de novo prorogamus, extendimus et elongamus; a quibus tamen treugis sive guerrarum abstinenciis, ut sepius excipiuntur et totaliter excluduntur, castrum, castellania et prepositura de Beaumont super Oyse, degentesque et habitantes in eisdem. Que omnia et singula sic prorogata, extensa et elongata, exceptis preexceptis, per nos et subditos nostros teneri volumus et inviolabiliter observari, ac ea teneri et observari firmiter injungendo mandamus. In cujus, etc. Teste ut supra (T. R.), apud castrum suum Rothomagi IX die aprilis.

Per ipsum regem.

CXCVII.

(12 avril 1420.)

LETTRE

D'ARTHUR DE BRETAGNE, FRÈRE DU DUC DE BRETAGNE JEAN VI,

AU ROI D'ANGLETERRE,

Sur l'emprisonnement du duc son frère, arrêté par le comte de Penthièvre[1]. (Biblioth. Cotton. Vitellius, B. 5. — Rym. Supplément. — Bréq. t. LXXX.)

Très-hault, très-excerlent et très-puissent prince,

